

# S A N C T A E linguæ Hebrææ Erotemata:

Quorum seriem uersa pagina  
reperies.

Omnia uero ita absoluta breuitate, faciliter; ordine  
tractata, ut non modò tyrones Græmaticæ Hebrææ  
præcepta inde nullo cum negocio intra paucas ses-  
quimanas addiscere possint: sed etiam perfectiores  
iam, ibidem inueniant, quod ipsos  
iuare queat:

*Ab autore postremum recognita.*

H I S   A C C E S S E R V N T,

1. Veterum Rabinorum de Christo te-  
stimonia.
2. Apophthegmata ueterū Hebræorum,  
qui prophetarum fuerunt discipuli.
3. Catalogus librorum quorundam præ-  
cipuorū in uarijs linguis. Omnia in gra-  
tiam studiosorum Linguæ  
sanctæ;

A M I C H A E L E N E A N-  
dro Sorauiense edita.

B A S I L E A E, P E R I O A N-  
nem Oporimum.

S E R I E S E O R V M Q V A E  
hoc libro traduntur.

- I. Prior pars, literarum diuisionem, ipsarum potestatem atq; prolationē, puncta uocalia, de Dages item, & Raphe: deniq; de gutturalibus, & lectione Scheua, ac omnia quæ a l lectionem faciunt, continet.
- II. Verborum quatuor coniugationes : in quibus octo uerborum ordines, cum regulis omnibus necessarijs, facili breuitate, atq; ordine optimo explicantur.
- III. Nominum declinationes, notiones, comparationes, genera & numeros: ad hæc, de formatione nominum uerbalium, adminiculo literarum Heæmanti, continet.
- IV. Nominum affixa, & mutationum punctorum causæ: in quibus post generales aliquot regulas, singularum ordinum nomina, sicuti à primo ordine declinare uidebantur, regulis paucis specialibus explicantur: uerborum quoq; affixa postea, quo modo uerbis iungantur, ostenditur.
- V. Punctuationem, atque officium literarum seruum habet.
- VI. Pronomina, cum reliquis non declinabilibus partibus docet: & pauca quædam de accentibus paucantibus, hoc est, orationem in sua membra distinguenter, ac puncta brevia in longa mutantibus, addit.

I N E R O T E M A T A H E-  
brææ simul & Græcæ linguæ, iam edi-  
ta, & conscripta à Michaele Nean-  
dro, Georgij Aemilij  
Elegia.

Cum uarias homini diuūm clementia linguas  
Contulerit, quarum sermo uocatur opus:  
Non minimas laudes Hebræa & Græca merentur,  
Dignæ quas reliquis omnibus anteferas.  
Altera nam legem Domini, promissaq; tractat:  
Altera promit opes Philosophia tuas.  
Illa sacris seruit studijs: hæc apta prophanicis,  
Doctrinæ atq; artis continet omne genus.  
Illam commendat mundi primæua uetusitas,  
Temporis hæc laudem posterioris habet.  
Altera se Solymis, sese altera iactat Athenis:  
Illi Oricens sedes, Hesperus huicq; fuit.  
At quantum profint, & qualia commoda præstent,  
Et quam non illis uita carere queat:  
Hoc docti nouère uiri, paſsimq; fatentur,  
Nec sapiens quisquam iure negare queat.  
Has quicunq; igitur linguas declarat, in illis  
Discendi facilem monstrat & arte uiam:  
Hunc certè humanis rebus prodesse fatendum est,  
Nec meritum tantum gratia parua decet.  
Præstítit hoc dignus præclara laude Neander,  
Dum studio præsens conádit autor opus:  
In quo perspicue lingua comprehendit utramq;  
Et facili monstrat prima elementa modo.

*Quæq; alij longa uerborum ambage loquuntur,*

*Contracta ueluti porrigit ille manu.*

*Difficiles uocum flexus dissoluit ad unguem,*

*Et lucem uerbis, quæ latuere, parat.*

*Insuper & uerum monstrat dissentibus usum,*

*Nec præceptorum non breuitate iuuat.*

*Hoc est howæ pio howos tractare labore,*

*Et claram obscuris addere rebus opem.*

*Accipe primitias tales studiofa iuuentus,*

*Et præceptoris munera nosce tui.*

*Tu quoq; chare senex Christo, uenerabilis Abbas,*

*Ilenfeldiacæ duxq; paterq; Scholæ:*

*Felici latus studio gratare tuorum,*

*E' ludo prodit nam liber iste tuo.*

*Hinc tibi surgit honos, tua sepe hinc gloria tollit,*

*Nominis æternum prouenit inde decus.*

*Viue diu uenerande pater : Christoq; fauente*

*Esto diu studijs portus & aura bonis.*

IN H E B R A E A E R O T E M A T A  
 Michaelis Neandri Sorauiensis, Epigramma ad lecto-  
 rem Michaelis Neandri ex Valle Ioa-  
 chimica.

Τὸν ὄρθιὸν ταχέοδον πόντας οὐκάσι μείξας,  
 ὃς μὴ προσπρόνη τοῖς σποκέλοισι σπάφη,  
 παὶ μάλα ρύγχινος, παὶ ἐμφρωρ πλεῖστον δρῦν,  
 λοινος ταυμπόλης ἀξιός ἐστι τιμῆς.  
 ὡσάντως χάρειρ οἰδὲ ἀρρώστος ἐμοίπορος, ὃς τε  
 ἐσφαλται, πιστὸν εἰς αὐτόγοντι οἰδόν.  
 τῆς χάρειτος τολλῷ πλέον ἀξιός ἐστιν ἐνεῖνος,  
 ὃς μασῶρ ὄρθως τὰς αὐτέργε θύρας.  
 μᾶλλον θεασεσίν τιμαχῆς τὰ ιλέθρα ανοίξας,  
 ἐβραῖης φωνῆς, χῆμα, φρασίν τε λέγωρ.  
 οὐ γαρ γλῶτῇ ἀνδρίαικ θεᾶς λικένυματα τύρει,  
 σύθεν πηγάδει παῖς ὑγίεις τὸ ἔπος.  
 τῇ δὲ πειτοπάτωρ, ἀλλοι παύτες τε πειθῆται  
 λιέχειντ', σὺ τε ἐοῖς χριστὸς ἀπασι λόγοις.  
 τὸτε οὖν τῆς σινταγματος (βέλος ἐχε πονητες ἐφείσι )  
 λέξεος ἐβραῖης μὴ μιαβάλλε ιαλόν.  
 γέγραπτοι τὰ ἀπαντα σαφῶς, παὶ χρήσιμα παύται,  
 ἐξ ἀλλωρ ἐστὶν τῷ δὲ σὺν ἐλοντα βίβλῳ.  
 σύνθεται παύται νέοις πασίν, πολύχρηστοισι μὲ,  
 θαυμασκή τάξις, παῖς τ' ἀπειρίεις βιβλίο.  
 νῦν αἴρασιν χάρεισιν λάβει, παὶ τὰ ἀπειρά Νεανίδρῳ  
 σύνχεο, ὃς πιστῶς τὸν σινέγραψε πόνον.  
 αἱλλαχίμωνυμε χαῖρε, ὁμοῖα τε σύνγραφι πλεῖστος,  
 λοινωνῶρ πολλοῖς, παῖς με ἐπειτα φιλῶρ.

CAROLI VDENHOVII GAN-  
davi in Sanctæ linguae Erotemata Neandri,  
ΜΕΛΥΔΡΙΟΝ.

Εαφρις βλέπεις οὐ ἀνημή  
ὅσον ἵλαδὲ μελισσαῖ  
ἀδίνεις χορὸς λιγέων  
τεπλαυνιμενών αὖ ὑλίν  
τεπότυτο τῇ πάτη τῇ δε,  
ἴωρυφαν μεν ἐξ ἀπαντωρ  
χλοσβρῶν ρύθμων μρέπτασαι  
γλυνισβρωτάτην ἔστροιν  
μέλι λαρόν ἐσ τὸ σιμβλον  
ἔχεοντι. τῷ ι Νέανδρος  
λόγιος θίνειν, πάκι αὐτὸς  
οὐ ἔατις, νῦν ἀς ἐγαγῆσιν,  
ὅσινς βίβλοισι γλώττης,  
σινέλεξον ἐν Μ-Σ-Ι-Ρ-Ι-Π  
τολνιμέριων ράβινων,  
τολνιμέριων θ' ἔβραίων  
ἀπὸ χρυσέωνι τηγαῖς,  
μεθοδῶ βραχεῖ, τέχνη τε  
μίαν εἰς ἀπαντατάξιν.  
λογονοῖσιν ὡρ θ' οῖο  
μίειν μέλαι, τὸν ίόφ  
ἢ Λίη λαλῶντα γλώττη,  
ἐλάλησον ήτωτ' οὐ τῇ  
χθονὶ, τοῖς βροτοῖς ὄμιλῶν,  
χόρας ἐσ ά-χεδε βίβλον  
λογίοισι τῇ ι Νεανί μρε:

לְעִזּוֹתֶם לְבָבַלְעָלָם

CLARISSIMIS AT-  
QUE AMPLISSIMIS VI-  
ris, uirtute atque prudentia præstantibus, D.  
Præfecto ac Senatoribus in inclita Vratisla-  
via, suis dominis atq; patronis, perpetua  
obseruantia colendissimis,

S. D.

**I**N G V AE, ac interpretatio  
earundem S.S.<sup>a</sup> donum sunt: <sup>a</sup> Actor.2.  
quem cum haberét Apostoli, <sup>b</sup> 10.  
ac horum aliquot discipuli, <sup>c</sup> Corinth.12.  
in luculétiore mēsura quām <sup>d</sup> 10. ii. 19. &  
multi alij Ecclesiarum doctores, linguis to-  
tius mundi uarijs, ac omnibus densq; qui-  
bus uellent, locuti sunt. Vbi enim Spiritus <sup>e</sup> Apostolorū  
sanctus, <sup>f</sup> ibi nullius rei ulla ignoratio, lin-  
guarum cunctarum peritia, futurarum rerū <sup>scriptus, mul-</sup>  
omnium cognitio. Nam <sup>g</sup> Spiritus sanctus <sup>ta exempla</sup>  
scrutatur omnia, etiam profunditates Dei. <sup>h</sup> 1. Corinth.2.  
<sup>i</sup> Id uerò linguarū donum ( quod in pri-  
ma Ecclesia, quemadmodum & prophetiæ <sup>j</sup> Linguarū  
& sanationum donum, unā conferebatur <sup>k</sup> donum quām  
cum Baptismate, cum Spiritu sancto, cum <sup>l</sup> dū duraue-  
manuum impositione ) duravit in Ecclesia <sup>m</sup> rit in Ecclesia  
aliquot seculis, ad Irenæi usq; tēpora ( qui <sup>n</sup> ab Aposto-  
Polycarpum <sup>o</sup> audiuit, Ioannis euangelistæ <sup>o</sup> lorū tempo  
discipulum, ecclesiæ Smyrnensis episcopū, <sup>p</sup> 4.p.13. 14. &  
pietate, doctrina, cōstantia ac zelo uero pro <sup>q</sup> de 1.e ieo  
gloria filij Dei illustrem ) nam is se <sup>r</sup> linguis <sup>ca. 20. & -6.</sup>  
autem lib. 5. <sup>s</sup> Irenæus li. 5.

sua etiamnum ætate loquentes audiisse memorat. Ac fuerunt iam olim & superioribus aliquot temporib. patrum, & nostra etiam memoria, qui linguas simul tenuerunt diuersas : Origenes inquam Alexan-

a Tom. 3 ope  
rum suorum  
aduersis Ru  
fnium, & Epi  
phanius in  
Origene.

b Epiphanius  
wyras  
yλωτθ.

c Apul Hiero  
nymi tom.  
3. operū suo  
rum, pag. 101.

d Augusti  
ni Iustini  
nianus  
biblia Octa  
pla.

drinus, cuius<sup>a</sup> sex librorum millia se legisse scribit Hieronymus, & meminit Epiphanius, qui & ab assiduo lucubrandi labore Adamantij cognomen adeptus est : diuus Hieronymus, & Epiphanius ille <sup>b</sup> wyras γλωτθ, quod linguarum quinq;, Hebrææ, Græcæ, Syræ, Aegyptiacæ, & Latinæ etiam non ignarus esset, & cuius extat egregium opus græcè contra 80 hærefes eruditè scriptum : Porchetus <sup>c</sup>, cuius adhuc extant duæ partes, siue libri duo, uictoriæ aduersus impios Hebræos, in quibus tum ex Sacris literis, tum ex testimonij Talmud, Cabalistarum & aliorum omnium autorū qui apud Hebræos authentici sunt, ueritas catholicæ fidei monstratur. Augustinus <sup>d</sup> etiam Iustinianus Genuensis, Prædicatorij ordinis monachus, & tandem episcopus Genuensis, cuius extat Psalterium Octapli, & expectantur adhuc utrumq; Testamētum, uetus & nouum, ab eodem in totidē lectionibus, columnis & linguis distinctum, quod in præfatione Psalterij sui Octapli iam olim Reuchlinus promisit. Reuchlinus præterea, triplicis linguae culmen, trilinguis ille phœnix, op̄ ſuōs

e Joānes siue  
Reuchlinus,  
ſue Capnon.

πινδη λίστηνος θεαγλωπης ἀβλύν, legum Imperialium doctor eximus, ac Cæsaris Maximiliani consiliarius, primus linguarum instaurator, doctor, propagator ac interpres linguæ Hebrææ, Chaldææ, Thalmudicæ, Græcæ ac Latinæ in Germania. Et ante hūc Raimundus Martinus Gotalanus prædicatoriæ familiæ monachus, de cuius Pugione multa Porchetus in suas uictorias transstulit. Adhæc Petrus Galatinus <sup>a</sup> ordinis Minorum, artium & sacræ Theologie doctor, cuius extat opus insigne, de Arcanis catholice ueritatis, in Hebreorum libris, præser-

*a Petri Galatini opus, de Arcanis catholicae ueritatis.*

tim in Talmud inuentis: quod de hortatu Laurentij Pucij Cardinalis, familiaris sui, Leonis X. pontificis maximi, & Maximiliani Cæsaris, in defensionem præstantissimi viri Ioannis Capnionis, & aduersus Iudaicam nostri seculi obstinatā perfidiam, optimo ordine digestum de præcipuis articulis doctrinæ Christianæ edidit. Augustinus <sup>b</sup> item Steuchus Eugubinus, Kisami Episcopus, cuius habetur Annotationes in περιτάτου χορ, hoc est quinq; libros Moysis, & editi sunt unā in publicum libri eiusdem decem de Perenni philosophia, de testimonijs philosophorum, poetarum, oraculorū ac Sibyllarum uocibus, multorum autorū sententijs: quorum libri hactenùs in bibliothecis Italicis latent, necdum in publicum

*b Augustinus Steuchus.*

*Pellicanus.* uenerunt, congesti ac conscripti. Pellicanus  
*Munsterus.* præterea, & Munsterus, de literis & lin-  
 guis multis annis optimè meriti: quorum  
 in linguis extant libri non inutiles pluri-  
*Pauli Fagiū* mi . Paulus etiam Fagius , qui ante-  
*collationis sen-* quam absoluueret translationum præcipua  
*tentiarum Bi-* blicarum in rum ueteris Testamenti, inter se uarian-  
*aurijs linguis* tium, ex lingua Hebræa, Chaldæa, Græca  
*opus.* ac Latina , collationem , post editos à se  
 aliquot utiles libros , post conuersos de  
 Chaldæo quinque Mosis libros, immatu-  
 ra morte sublatus est, multis desiderio sui  
 relicto.

Fuerunt multi alij ( quos recensere sin-  
 gulos nimis longum esset ) quemadmodū  
 & nunc sunt, qui Hebraicè, Chaldaicè, Ara-  
 bicè & Latinè docti sunt. Inter hos uero est,  
*Guilielmus* Guilielmus Postellus, qui superioribus ali-  
*Postellus* quot annis Mathematum & peregrinarum  
*quindecim* linguarum in Academia Parisiensi professor  
*linguarum* regius fuit, ac qui discendi causa uarias re-  
*gnarus.* giones peragravit more philosophorū an-  
 tiquorum, Africæ celebriora littora, Asiæ  
 minoris notiora, Europæ orientales partes  
 illas tam uarijs magnisq; autoribus cele-  
 bratas, clarasq; : qui edito scripto testatur,  
 segnarum quindecim linguarum. ac extat  
 eius cùm alij libri non pauci de uarijs re-  
 bus ab eo conscripti ac in lucem editi, tum  
 præceptiones Grammatices duodecim, ac  
 Lexicon

# DEDICATORIA.

11

Lexicon totidem linguarum: Hebrææ uidelicet, Chaldaicæ ueteris, Chaldaicæ recentioris, quam à transitu fluminis uocant Samaritanæ, quæ prisca Hebraica est, Arabicæ uel Punicæ, Indicæ, Græcæ, Georgiae, Tzeruanæ, Hieronymianæ uel Illyricæ, Armenicæ & Latinæ: ueluti & Cominetus Hispanus, qui Maximiliani tempore à Iudaismo ad fidem Christianam conuersus est, uir in diuinis literis apprimè doctus, cuius in Psalmos enarrationes aliquot Hebræo idiomate scriptæ leguntur, linguarum quatuordecim peritiam habuit. Ut ferunt etiam Petrum Lusitanum, qui apud reges Æthiopicos, multis de causis, in magna fuit æstimatione, tempore Ioannis Secundi regis Portugalliae, non tantum Arabicum & Indianum & Lusitanum sermonem calluisse, sed omnium propè hominū linguas cognitas habuisse.

*Cominetus  
Hispanus lingua  
quatuor decim calluit.*

Theodorus equidem Bibliander, Heliuetius, uir magnus, siue doctrinam, siue linguarum multiplicium scientiam, siue literas spectes, siue plurimarum rerum cognitionem consideres, de se ipso ac suo dono, quod sibi diuino munere contigit, hæc prædicare grato pectore non dubitat, ac\* id his quidem uerbis: Evidem ut de uberiori aliqua perfusione diuini Spiritus gloriari nō possum, nec debeo; ita beneficia

*Theodorus  
Bibliander,  
quarum linguarum peritiam sit assertus.*

*\* In Commētario De ratione communis omnium linguarū & literarum.*

Christi

Christi seruatoris minimè uel modestū uel religiosum est dissimulare. Fateorq; me nō tam labore & diligētia, & ingenij quodam acumine singulari, quām ex merito & gratia & dono Principis nostri Opt. Max. I E S V C H R I S T I, consecutū esse facultatem aliquā scribendi & loquendi, aut certe iudicandi de ijs linguis, quæ totum orbem terrarum longē lateq; possident.

Ac quia festinat seculū hoc præsens corruptum ac miserum, mundus inquam immundus, merdans, cacans ac coinquinans, pertransire, ac uenire quod expectamus: cōcionatur nobis ea lux, donum id linguarū

<sup>a</sup> Linguae renatae ac reditæ Ecclesiæ, quomodo si gnum sint extremitati: & de quibus rebus pios ad- moneant. <sup>b</sup> Esaïæ 6. Clemens 4.2. Sibylla lib. 2. Oraculorum. Theodoritus sermonibus de prouiden- tia pag. 14. e Nazaren. oratio refusa ac patrē. <sup>c</sup> οὐγνοι, Deus ipse facti <sup>ivx</sup> cum Nazianzeno

eximium, quod effudit <sup>a</sup> opulenter in hac ultima effœta ac fœtulenta mundi senecta Deus in multos, de statu integritatis paulo pōstredituro: de aureo illo ac cœlesti seculo, quod amisisse nos tātopere dolemus habebus pios ad- stenus: de aduentu glorioso Dei filij nobis loquitur, ut iudicet uiuos & mortuos: cuius rei, linguæ renatae, ac Ecclesiæ & Scholasticæ, non mendaces sunt nuncij: de æterna nos admonet: de sancta illa ac sabbatum ex sabbato, sed sine tempore ἡμέρα, quod faciet Dominus, ut cum Sibyl la loquamur, nos commonefacit, ubi Deo ac Spiritu sancto pleni, <sup>c</sup> οὐδὲ περθεὸς αὐτὸς γενέτη ad patrē. οὐγνοι, Deus ipse facti <sup>ivx</sup> cum Nazianzeno

τολμήσας ἐπω, νὸν tantum linguis loquemur omnibus, & multo pluribus quam nunc in hac uita loquuntur homines, si & id uellemus: sed etiam<sup>a</sup> cognoscemus, intelligimus, sciemus & poterimus cuncta, cuncti scientes ac omnipotētes facti ut Deus ipse, Deo pleni, ac<sup>b</sup> confortes eius diuinę natu- rae, diuinam ac spiritualem eius essentiam ὄφθαλμοφανῶς<sup>c</sup> Deum ipsum sicuti est, secun- dum eius essentiam immensam, de facie ad faciem uidentes: Deum inquam,

- Toto<sup>d</sup> quem corpore mundus

Non capit, angustum cui cœlum terraq; punctum est: non<sup>e</sup> ληρωπαλάμονοι οὐνίως, ὡρε ἀπανταχθόνοις οὐδέγειρ μεθύοντας θηλαστή, ίνα λαέλλιστορ ἀθλορ τῆς αρετῆς ἔχοντες ὥμην, αὶ τὸν νένταρος πατὴν αἰμαρροσίης επιπλάκουοι, ut Epicurus, ut Plato, uterque philosophi Athenienses, cœlum sibi somniant,<sup>f</sup> οὐδὲν ἢ ὅλιγον θεῖς σὺν ιητῷ φορούτες: αὖτ' ὅλοι θεοειδεῖς, θεότε ὅλοι πάντα μόνα χωρῆσιν. τέτο γαρ ἢ τελεώσις τῆς λίνας οὐδεμινον, ut Deus<sup>g</sup> sit omnia in omnib. electis: hoc est, ut in Deo habeamus, possideamus, sciamus ac possimus omnia, quemadmodum Deus ipse, sublata in æternū ignorantia & impossibilitate omni, quibus post lapsum in hac uita propter peccatum punimur: quemadmodum cæteris malis quæ longè lateq; uitam hanc occupat premitur: ut simus tandem cum Deo semper,<sup>h</sup> hoc est ubiq;, in istu, in

<sup>d</sup> Paulinus  
in 9. natali  
Felicitis. 2. Pa-  
ratipom. 2.  
Psalm. 138.  
Hierem. 23.  
Iob 11.

<sup>e</sup> Plato lib.  
2. de Repub.  
In Gorgia itē  
& Phædone.  
Vide etiam  
Aenea Ga-  
zei Theophras-  
tum.

<sup>f</sup> Nazianz.  
lib. 4. de Theo-  
logia.

<sup>g</sup> 1. Cor. 15.  
<sup>h</sup> Ad The-  
salonicens. 1.  
cap. 4.

momento

momento oculi, in Deo tamen semper extantes, & unà uiuentes ac uersantes in nō  
 a *Ezæie 6.* uo <sup>a</sup> cœlo ac terra, quæ Deus creatorus est,  
 a *Petri 3.* ac quæ expectam<sup>b</sup> iuxta promissum ipsius, ut in ijs lætemur ac exultemus usq; in sempiternū, sine fine, sine anno, sine uere, æstaste, autumno & hyeme: sine mente, sine die, sine hora, sine puncto, sine tempore. Nam ubi Deus, ibi tempus nullū : Amen, Amen, Amen.

Cæterū Hebræa lingua, ut cæteris in mundo linguis omnibus <sup>b</sup> prior ac uetus fior est, ita linguarum omnium mater existit, omnibus admista, & quasi interspersa, ut nulla gens sit, nulla lingua tam barbara, tam' ue procul remota ab Hebræa consuetudine, quæ non materna aliqua uocabula, hoc est Hebræa, siue integræ siue corruptæ retineat. Hebræa enim uocabula in omni lingua reperies, quod tum alijs iam olim sic uisum & demonstratū est, & à Hieronymo etiam sæpe obseruatum (nam linguam Chaldaicam, Arabicam, Syram, Punicam & Æthiopicam filemus, quarum tāta est cum Hebræa similitudo, ut eadem penè uideantur.) Inde enim, ab Hebræa inquam lingua, profluxerunt lingue omnes in orbem, propter peccatum, propter superbiam hominum, ciuitatem & turrim facere uolent. *Cap. ii. Gen.* tiū, cuius culmen attingeret cœlum, ut hac ratione

<sup>a</sup> Vide *Hieronymum in exp. 3. cap. 2. ophio m.e. Augu-*  
*Stinum item Steuchum, in Annotatio-*  
*nibus cap. 37. Genes.*

ratione celebre nomē suum redderēt. Nam antē per annos 1720 omnium unum erat labium, unum idioma Hebræum.

<sup>a</sup> Inde inquam deriuatæ sunt linguæ nō Epiphæ  
LXX tantum, ut aliqui scriptis prodiderūt, nius in præfa  
suis ducti rationibus non admodum uerisi tione Panan-  
milibus, sed multo plures quām ut certo rīj. item in Se  
numero <sup>b</sup> queant comprehendī: queamad b Plures lin  
modum Homerus etiam ingenij ille cœle- gue quām  
stis uates, fons ingeniorum, ac primus do- 77.  
Etrinarum & antiquitatis omnis parens scri-  
bit, in unū solū bellū Troianū, quod multo-  
rū literis celebratū est, cōfluxisse hinc inde  
ex uarijs terris multarū linguarū homines.  
*ἢ γε (inquit) παύτων, οὐδὲ θρέος, εἰδὲ γῆς,* Iliad. 4  
*αλλὰ γλῶσσ' ἐμέμιτο, πολύνηποι δὲ στον αὖθις:*  
hoc est, ex multis locis cōuocati. Ac Plinius Lib. 6. cap. 5.  
cum Strabone scribūt, Diſcūriada urbem mundi histo-  
Colchorum, qui Asiae populi fuerunt po- rie. Strabon li.  
tentissimi & opulentiss. & uel Argonauta- 10. Geogra-  
rum nomine celebratissimi ueteribꝫ scri- phia.  
ptoribus, nunc desertam, quondā adeò cla-  
ram fuisse, ut Timosthenes in eam ccc na-  
tiones, quæ dissimilibus linguis uterētur,  
descēdisse prodiderit: & postea à Romanis  
centum triginta interpretibus negocia ibi  
gesta esse. Et Diodorus Siculus, Græcus hi-  
storicus, in tertio libro Antiquarum narra-  
tionū, meminit insulę positę in Oceano au-  
strali ultra Arabiā, in qua homines diuisam  
linguam

linguam habeant, loquela uariantes ut etiam auium diuersarum cantus imitentur. Quodq; magis admirandum est, eodem tempore cum duobus hominibus loquuntur perfecte, simul respondendo & disputando, ut una parte linguae uni, altera loquantur

*\* De Mithridate vide Plutarchum in Pompeio, & Lucullo.* alteri. Vnus uero <sup>a</sup> Mithridates, rex Ponti in Asia potentissimus & opulentissimus, qui & uenenū bibebat sine nocumēto, & à Romanis uix multis tandem prælijs cæsus ac superatus, cum esset rex duarum & uiginti

*b Plinius li. 7. cap. 24. lib. item 25. cap. 2. Quintilanus li. 11. ca. 2.* gentium, <sup>b</sup> totidem linguas callebat, & in singulis facultatem dicendi, etiam in concione populi: totidem enim linguis iura dicit, & singulos pro concione sine interpre-

*c Omnia hominum cogitationes ac dicta, omnes libri in mundo, confunduntur de paucis orationis sine partibus sine noctibus.* te affatus est. Quid <sup>c</sup> autem perinde mirū uideri debet, quām omnium gentium linguas, dicta ac cogitationes cunctorum hominum, paucis literarum ac alphabeti elementis includi: ac libros omnes, de quaunque materia scriptos à quibuscunq; ex paucis orationis sine partibus sine uocibus cōfici: ut apud Latinos octo, apud alios paucioribus, multotiens ijsdem uocibus repetitis, ac non temerè, sed apte & certa quadā lege cōnexis? ut recte dixerit Plato, harum rerum consideratione excitatus: gratam de Deo famā in artibus sparsam esse. Commonefactiones item & doctrinas de uirtute & mutuis officijs, quæ debemus alter alteri,

in ijsdem proponi: quemadmodum artes  
aoharum partes sibi non deesse, sed præstò  
adesse mutuò uidemus, operas mutuas sibi  
tradentes inuicem: ita ut uel Grammatices  
uel Donati præcepta concionentur & do-  
ctoribus & discentibus, de multis magnis  
rebus, ad quarum cogitationem suo exem-  
pto mutuis officijs, ordine, cōcordia, & col-  
ligantia quadam nos exuscitare conantur.

Porrò linguæ Hebrææ tanta est utilitas,  
ut eam nulla lingua quamtumuis diserti ui-  
ri, nullius oratio quantumuis eloquentis,  
satis explicare possit. Hoc ueluti scrinio, ut  
Tertulliani uerbis utar, thesaurus omnis Iu-  
daici sacramenti, & proinde nostri contine-  
tur. Hic mysteria regni Dei pandūtur. Tan-  
to bono cōmoti Origenes & Hieronymus,  
alijq; Christianæ fidei proceres, lingua He-  
braicā inter maximas occupationes ac diffi-  
cultates didicerūt: & qui ea doctrina desti-  
tuti fuerunt, ut Aurelius Augustinus, tum  
suam in hac parte infelicitatem questi sunt:  
tum alijs autores minimè cōtemnendi fue-  
runt, ut discere uellent, quibuscunq; occa-  
sio illa & facultas non denegaretur. Post  
quos pariter sanctissimos & doctiss. Eccle-  
siæ doctores, Viennensis Synodus rectissimè  
decreuit, ut in Scholis celebrioribus hone-  
sto salario foueātur, qui Hebraicam & Ara-  
bicam & Chaldeām linguam doceant: non

*Lingue He-  
brae utilitas  
inenarrabi-  
lis.*

*Hieronymus  
in epistola ad  
Rusticū mo-  
nachū. Item*

*in epistola ad  
Pammachiū*

*& Oceanum  
lib. 3. operum  
suum. Au-*

*gustinus li. 2.  
de ordine ca.*

*17. lib. item 2.  
contra literas  
Petiliani ca.*

*38. & in Pro-  
œmio lib. 3. :  
de Trinitate.*

obscure testata, & cognoscēdē & explicādē religionis organū esse præstatiſſimū, earū literarū inter ſe aſſinium, cognitionē. Eius laudes nos mittimus hoc loco, quod eas ſcripferint laudatiſſimē & copioſiſſimē, tū alij uiri magni ac eruditī, quib. fidē meritō habemus, & eorū laudationes maxiſi facimus & legimus, & iſidē cōmouemur: tum uero ante omnes doctor Ecclesiæ omnium

*Lutherus* maximus & θεολογώταſos S. Lutherus, *avtrix ei* *avtrix eiſo.* *gopón̄us ille ſuſpiciéduſ*, potens in dictis ac *φίv̄ns.* factis, Ecclesiæ iam olim à Deo, per os Pauli, & Huiſij (cum ad ignis ſuppliciū propter *2. ad Theſſalo-* *nicē, es, cap. 2.* ueritatis confeſſionē duceretur) qui impul ſu Spīrituſ ſancti, non propria aut alterius *1. Petri 1.* hominiſ uoluntate, loquuti ſunt, promiſſuſ. Erasmus etiā Roterodamus, & Philip- *2. Petri 1.* pus Melanchton, uiri ſummi ac excellētes.

*Lingua He-  
braea propter  
ſola Biblia di-  
ſcenda.*

*Judeorum li-  
bris quales.*

Discimus autem Hebræam lingua propter Biblia maximē, ubi in ſingulis uocib⁹, phrasib⁹, ac idiotiſmis Hebræis, ſingula in- ſunt pondera, pendent magni montes, ac Cōmentaria luculēta, facilia, plana ac per- ſpicua: quæ id præſtant ſæpe, id ſuggerunt ferè ſemper, quod uix ullius quantum cum que felicis interpretis expositioſes ſimi- ter tibi ſuppeditabunt: quod exemplis mul- tis doceri ac ostendi potest. Vbi enim Biblia ſacra dempferis, nihil habebunt librorum, quod cognitione ac leſtiōe admodū dignū ſit,

fit, Iudæi duræ ceruicis, obstinati, indurati,  
surdi ac cæci τίπτενδι, τάτεντα, τάτενδημαχή, <sup>a</sup> *Iudei in Scriptura minus habent intelligentie, quam asini.*  
proditores, abnegatores ac crucifixores tandem Dei filij. Quid enim ab his discas boni, qui ipsi nec intelligunt quicquam, nec dicere rūt, multo minus docere possunt, <sup>a</sup> cū in diuinâ Scriptura minus habeat intelligentiae quam asini: ut <sup>b</sup> interpretari eā, ac dicta eius asseque planè nequeant, sine agnitione filij Dei, sine lectioне noui Testamēti (quod aurea glossa est ueteris) sine pia discēdi ac docendi uoluntate, quæ genti huic perfidæ, spuriæ, adulteræ, degeneri ac rebelli ab initio nūquā assuit: quēadmodū id alibi lōgi<sup>9</sup> repetita narratiōe, copiosi<sup>9</sup> demōstrauim<sup>9</sup>.

Thargumim <sup>c</sup> tamē ipsorū excipias nō imeritò, hoc est Chaldaicas Bibliorum Paraphrases, in quib. multe Scripturę patrū, Mōsis & Prophetarū Sentētiæ mirè illustrātur, ac rectè exponūtur: & si quę in Hebreo obscuriora sunt, plana, clara ac perspicua redūtur. Habuerūt <sup>d</sup> aut̄ Iudæi uarias uariorū interpretū Chaldaicas Paraphrases, quas ipsi Thargū nominant, alias in Babylone, alias Hierosolymis, alias alibi & ab alijs factas, nō eodē tempore: quarū alię tamē alijs meliores sunt. quēadmodū apud nos nunc sunt multorū Latinæ cōversiones, ut olim multe Græcæ trāslationes fuerūt, quas Ori genes collegit omnes, ac in uno uolumine

b 2 digestas <sup>rō</sup> Thargum<sup>9</sup> etiam diuinus Ambroſius lib. i. Hexaemerōn, cap. 81

<sup>a</sup> *In opere de Arcanis catholice, ueritatu, lib. 3. ca.*

<sup>b</sup> *ex Rabi Pinhas filij Hair herbis.*

<sup>c</sup> *Judei quare Biblia non intelligat, & multo minus ea interpretari possint.*

<sup>c</sup> *Thargumim, hoc est Paraphrases Bibliorum in Chaldeā lingua quales.*

<sup>d</sup> *Vide Reuchlinum lib.*

<sup>i. de Verbo misericordio. Porche tum in prima parte Victoriæ, cap. 2. & ante omnia Praefationem Heliæ Lemte in Lexicō suū Chaldaicū. Citat ue-</sup>

*a Epiphanius li. de Pōderib. & mensuris. Athanasius in Sy-nopsis scripturæ Hieronymus itē tom. 1. operū. pag. 102.* digestas in aliquot lectiones distinxit, ac inde τετραπλάξ, ἑξαπλάξ τε, ποὺ ὀγκαπλάξ sua exēpla cōfecit, quorum multi scriptores Ecclesiastici meminere. Cū enim captiuitate Babylonica, quæ annis 70 durabat, linguam Hebræam uernaculā dedidicissent<sup>b</sup> Iudæi,

*b Iudei in Babylone lingui im Hebræam dedicerunt.* ac post reditum solam Chaldeam linguam tenerent: nemo uero Hebræa calleret, præter solos legis doctores, scribas ac pharisæos: de Hebræo in Chaldæū biblia liberiore uersione transtulerunt, ut à uulgo quoq; legi ipsa ac intelligi possent, qui Chaldaicè lo-

*c Tempore Christi & Apostolorū in let loquentur non Hebraicè, sed Chaldaicè, nō Hebraicè cōcionabantur, sed ea lingua utebantur qua populus, ut audiri ac intelligi possét, id quod manifestè indicat peregrina illa uocata Chaldaicè.* quebatur. *c Christi etiam & Apostolorum temporibus, qui & ipsi Chaldaicè, nō Hebraicè cōcionabantur, sed ea lingua utebantur qua populus, ut audiri ac intelligi possét, id quod manifestè indicat peregrina illa uocata Chaldaicè.*

*d Chaldaica vocabula noui testamēti.* bula, quæ in nouo Testamēto reperiuntur: nō enim sunt Hebræa, ut quidā existimāt, sed ferè omnia *d Chaldaica siue Syriaca: ut,*

מַמְוָנָא Mammona, diuitiae. Mat. h. 6.

בֶּן־יְהוֹנָא Bar Iona, filius columbae. Matth. 16.

גּוֹלְגָּלָתָא Golgolha, cranium. Matth. 27.

שְׁבָקְתָּנִי Sabactani, reliquisti me. Mat. h. 27.

בְּנֵי־אָרָגָש Boanerges, filii tumultus. Marci 3.

טְלִיחָה קֻמָּה Thalita Kumi, puella surge. Marci 5.

כְּפָה Cephas, petra. Ioan. 1.

חַסְלָדָמָא Hakal dema, ager sanguinis. Act. 1.

טְבִיבָה Tabitha, caprea. Actor. 9. (Cor. ult.

מְרָנָה אֲחָתָה Maranatha, dominus noster uenit. 1.

Hæc

Hæc inquā Chaldaica sunt, nō Hebræa,  
quū in biblijs Hebraicis minimè inuenian-  
tur, in Chald. autem nullibi non occurant.

<sup>a</sup> Talmud uerò, id est doctrinale ac disci-  
plinale ipsorum, in quod tota traditio Iu-  
daica impenso studio cōgesta est, quod ipsi  
geminum habent, Hierosolymitanū ac Ba-  
bylonicum, quod sex comprehensum ordi-  
nibus, continet supra septuaginta ingentes  
libros, quo uolumine haud quidquam ma-  
iori aut pari ueneratione apud ip̄os cense-  
tur, meras propemodum nugas continet,  
fabulas anilibus nænijs non meliores: bla-  
phemias præterea in Dei filium, quē nunc  
spurium, nunc suspensum nominant, nunc  
alijs nominibus: tum Mariam matrē eius,  
& huius discipulos Apostolos, Christianos  
singulos, & uniuersos, tum ipsum Christū  
sceleratè ac impiè, cōtra hos diabolo ea di-  
ctante, scriptis ac confictis blasphemant, ue-  
lut id alicubi pluribus ostendimus: supersti-  
tiones prætereas ridiculas ac traditiones sto-  
lidias, narrationes manifestè mendaces, hor-  
rendas etiam quandoq; ac execrandas, ita  
ut nesciam an operæ premium fecerit <sup>b</sup> Cle-  
mens pontifex, cum Talmudicas fabulas  
in Latinum transferre iuberet: an uerò etiā  
tempus & ocium rectè collocarint, qui no-  
stra <sup>c</sup> ætate plerosq; Talmudicos libros ac  
multos Rabinorū Cōmentarios, immenso

*a Vide Gala-  
tinū in opere  
de Arcanis  
catholice ne-  
ritatis. Pau-  
lum item Bur-  
gensem in ad-  
ditione capi-  
tuli cap. Es-  
iae 34. Reuch-  
linum etiam  
in Speculo o-  
culari, & Por-  
chetū in Pra-  
fattone in us-  
torias suas.*

*b Talmudi-  
ci libri Latini  
facti. In  
Clement. de  
Magistris.*

*c Pellicanus  
plerosq; Tal-  
mudicos li-  
bros Latines  
fecit.*

labore, sine fructu priuato & publico, Latinos fecerunt. Nam præter Talmud habent Libri Iudeo-rum nō eius-dem generis. etiā nostrates Iudæi, militū Romanorū spuri, alios libros, quorū alios uocat Pessatim, expositores, qui in literali sensu uersantur: alios Darissanim qui allegoriā sequuntur. Ha Cabalista. bēt etiā Micobalim, id est Cabalistas, quib. peculiare est, tū omnia in Deū reducere, tū ex literis ac nominib. ipsisq; rebus symbolicam quandā Theologiā, siue Pythagoricā potius philosophiā efficere: ubi nō modò li terē ac nomina sint rerū signa, sed etiā ipsae res rerū sint significationes. Habent & mul tos alios uarij generis scriptores, quorū om niū libri, si in unū redigātur, immēsam cōficiāt strūe: qui Venetijs haec tenus à Daniele Bábergo typographo in magno excuduntur numero, ac recudūtur iterum haec tenus.

*Iudei fures  
plūs & phorū  
ac poetarū  
et Grecorum  
Latīnorū:  
Euāgelistarū  
etiam.*

Quod si quæ præceptiones de alijs reb. siue de morib. in ipsis libris tradūtūr, aut minus rectè sunt traditæ, aut de Græcorū ac nostrorū etiā libris à Iudæis, qui post Christi tempora uixerunt, ex quorū fermè libris Talmud postea cōgeltū est, sunt descriptæ: artes, omnes facultates, medicinā & leges qualdā: Theologiā etiā, si modò ulla ipsis superest amplius, post semel abnegatum & crucifixū Christū: de Græcis & Latinis fon tibus, Euāgelistarū & Apostolorū præterea scriptis, hauserunt: licet id magno superci lig

lio tegere ac dissimulare conentur. Quem-  
admodū enim à patrib. Hebræis, quicquid  
sinceræ solidæq; philosophię apud Gr̄eos  
& Romanos, aliasq; gentes ullo tépore ex-  
titit, ceu è fontib. deriuatū est: ac quēadmo-  
dum <sup>a</sup> philosophi multa acceperūt à patri-  
bus, à sacerdotibus Ægyptijs, à Iudæis, cū  
quibus etiā <sup>b</sup> Aristoteles se cōtulisse scribit,  
discēdi causa <sup>c</sup> uniuersum orbē peragrātes:  
alij etiā repetitis aliquot uicibus id facien-  
tes, angulos singulos excutiētes, inquiren-  
dē ac in dagandæ ueritatis gratia, ex Biblijs  
etiam multa addiscētes (quod quinq; libri  
Mosi etiā ante <sup>d</sup> Persarū imperiū, longè ante  
Septuaginta interpretes, qui Ptolemæi pri-  
mū Philadelphi tépore fuerūt, Græcè le-  
gerētur, à quocunq; etiā cōuersi) ita Talmu-  
distæ, Cabalistæ, Rabini, ac quicunq; alij Iu-  
daicæ fæcis scriptores, qui post Christū ui-  
xerūt, multa à philosophis cōtrà acceperūt,  
ac pro suis usurparunt: ueluti etiā <sup>e</sup> Romani  
Græcorum interpretes, pleraq; sua de Græ-  
corum libris transscipserunt. quod sic futu-  
rum Sibylla iā olim prædixerat, hoc uersu:  
<sup>f</sup> ἔγιαδος χώρης σοφὸν ἔγειτα λίησιρ.

## b 4 Quod 4.5. Item lib.

6. *Bibliotheca sua.* Laertium etiā in plerisq; philosophorū uitio: Solone, Plato-  
ne, &c. Platonē etiā in nobili suo Timao. Suidā in uoce Δόγματα, & προφητικ.  
Philostratum in uita Apollonij Tyana: & diuī Hieronymū, qui aliquoties  
de eo meminit. <sup>d</sup> Quinq; libri Mosi Græcè legebantur etiam ante Persarū  
imperium. Vide Euseb.lib.13, cap.7. de Preparatione Euangelica. <sup>e</sup> Ro-  
mani scriptores Græcorum dīcipuli ac interpretes. <sup>f</sup> Versus ille Sibyllinus  
legitur in epistola Heracliti ad Hermodorum.

<sup>a</sup> Quomodo  
Philosophi,  
patrum disci-  
puli, pluribus  
docetur apud  
Iustinum, Cle-  
mentē Ale-  
xandrinum,  
Origenē, The-  
doritū, Theo-  
philum, Euse-  
biū, Tatia-  
num, Cyrillū,  
Chrysostomū,  
Græcos pa-  
tres. Vide etiā  
Suidā in uoce  
προφητικ. <sup>b</sup>  
Augustinū  
item lib.8.ca-  
ii. de ciuitate  
Dei. lib. item  
8. Cofessionū.  
<sup>b</sup> Vide Iose-  
phum lib.1. cō-  
tra Appion.  
<sup>c</sup> De Gra-  
corū peregrin-  
nationibus ui-  
de Diodorū  
Siculū, Gra-  
cum scripto-  
rem, lib.1.2.3.

*Iudei ma-  
li Græcorum  
ac Latinorū  
interpretes.*

*Artes Iu-  
deorum qua-  
les.*

*Historia Iu-  
deorum fa-  
bulosa.*

*Dicendi ge-  
nus Talmu-  
distarū qua-  
le.*

Quod uero Iudæi nec satis affecuti sint,  
& corruperint malè intelligendo, & peius  
uertedo, quod à philosophis, quod ab Apo-  
stolis & Euagelistis sumpterūt, indicant &  
docent tum alia, tum aliquot ipsorum libri  
Astronomici, Sphærici, Physici, Astrologi-  
ci, Arithmetici & Dialectici, qui in uulgo  
annis aliquot superioribus sunt editi: quæ  
& horridiora sunt, minusq; culta, nec faci-  
lia, nec plana, nec perspicua, ut his legendis  
uix ullum sis facturus operæ premium:

*Gratius ex ipso fonte bibuntur aquæ.*

Historia etiam apud ipsos fabulis mon-  
strosis plena est, amissō oculo, qui ueritas  
est: peccans in rebus, personis, locis & tem-  
poribus: ubi apud Græcos pleraque multo  
sunt certiora, longè illustriora, elegantiora  
ac dulciora. ut nihil nunc dicamus de di-  
cendi ipsorū genere monstruosissimo, ac cō-  
posito ex omniū fermè gentiū ac linguarū  
uocabulis: & à Biblica dictione, quæ pura,  
simplex, plana, facilis ac uniformis est, ma-  
gno studio & ingente conatu recedente, ac  
tantum inde distante, ut cœlum & terra à se  
inuicem non distent longius: ut res nimirū  
monstroseq; portentoso quoq; orationis ge-  
nere scriberentur, quod nemo intelligeret  
facile, nisi à puero mox in eo enutritus, om-  
nem suam ætatem sine ulla fruge in illis nu-  
gis cōtruerit. ut sub Papatu etiā superiori

ac maiorum nostrorum ætate, amissa dicendi puritate, res quoque ipsæ bonæ ac utiles unā sunt amissæ, ut nemo sciret amplius quid Christ⁹, quid fides, quid iusticia, quid lex, quid Euangeliū, quid opera Deo placentia, imò ænigmata eæ ipsæ res essent, ac narrabica uocabula, quæ quid indicarent, nemo explicaret.

Tametsi autem planum sit, reperiri quandoque in libris Rabinorum, Talmudistarū ac Cabalistarum, bonam aliquam sententiā

de pietate, de moribus, de Christo (nā alij qui Christi tempora præcesserunt, de Messia rectius ac magis piè & uerè loquuti sunt, quām horum ἀπορρωξ, quām ἀπόγονοι ipsorum surdi ac cæci, menteq; capti, qui Dei filium Christum cruci affixerunt) tamen non putant uiri docti cōsilium esse, ut propter unū

quodpiam dictū, siue de Christo, siue quacunq; alia re, non impium, in tantum opinionum prauarum, mendacium, contumeliosarum ac superstitionarum pelagus nos

temerè præcipitemus, cum iactura temporis melioris, damno etiam ac detimento ualentudinis: cum in Scriptura abundè satis

doceamus de Christo, de eius meritis, de uitæ æterna, de moribus ac uitæ gubernatione pia, decente ac Deo placente, de omnibus tandem quæ ad bene beatęq; uiuendū

pertinent: nisi nostra propria culpa ac per-

*Amissa dicendi proprie-  
tate, res quoque ipsæ una  
intereunt.*

*In libris Iudaeorum bona quædam repe-  
riuntur.*

*Iudei, qui tē-  
pora Christ⁹  
antecesserūt,  
quales.*

*Abundè sa-  
tis docemur  
ex Biblijs, de  
omnibus quæ  
ad bene bea-  
teq; uiuendū  
pertinent.*

uerso iudicio nobis ipsi ultrò sciētes uolentes deessemus, qui omnia potius agimus studiosius, ac excutiū<sup>9</sup> maiori cura ac sollicitudine cunctorū nugas, Philosophorū ac

**a Cicero pro Flacco.** Poetarū<sup>2</sup> eruditas uanitates, quæ<sup>b</sup> tenebre

**b Nazianz.** sunt, ac sensus & rationis corruptæ inuēta, in Apologe-<sup>c</sup> magna magnorū deliramenta doctorum (ut tico ad patrē Augustinus Platonis, Pythagoræ ac Por-

**c Nazian- zenses.** phyri disputationes nuncupat) quām Scri-

**c Sermone 143. de Tem- pore.** pturam legimus & meditamur, de qua sola

**d Ioan. 5.** p̄ceptū extat<sup>d</sup> Dei filij. Quæ peruersitas causa est multorū, imò cunctorū malorū in

mundo, quemadmodū uerè ac piè scripsit Chrysostomus χαριτώνυμος νὰ χρυσολόγος ille, λίθη της σύμπλεγμής της χελιδώνα σύνελαδος: αὐτορω αὐτωρ λαχωνικονος, τὸ μὴ αἰσθητώσαντο βιβλία ψυχῆς φαέμανα. Ac ea ipsa res, quod tam multa inutilia, superuacua, nec necessaria agimus, discimus, meditamur & legimus in uita: necessarijs uerò utilibusq; postremum, aut nullū etiā locū relinquimus: maior pœna peccati ac corruptæ naturæ est, quām ut cogitare quisquā, nedū intelligere ac credere

**e Lib. 1. Epi- stolarum ad Luciliū, epi- stola 1.** possit. **c** Questus est super eo iā olim Seneca, tametsi gētilis, ubi ait: Turpisima est iatura, quæ per negligentiam fit: & si uolueris attēdere, magna uitę pars elabitur male agētib. maxima nihil agētib. tota aliud agētib.

Verūm omnes potius Socratis in hac re sententiā laudamus ac sequimur: τὰ ἡπορίαις

*καὶ ἐδίγετο μὲν οὐκέτι τοῖς, id est, quæ supra nos nihil ad nos pertinere, dicétis: quā<sup>b</sup> Anaxagorę alterā ueriorē ac magis piam ac sanā amplectimur, qui cœli cogitādi causa & contē plādi perpetuō, hominē natū esse docebat.*

*Id uerò senserūt ab initio omnes saniores philosophi, rationē diligentē habendā esse téporis, nec in sumēdū id in res inutiles ac superuacuas: quod cum uix<sup>c</sup> uiuere incipi- mus, morimur: *μηρὸς*<sup>d</sup> enim, aiūt, ὁ βίος, οὐ δε τέχνη μανῆ. Et e punctū est quod uiuimus, & adhuc pūcto minus: quoniā dum crescit uita, decrescit: & dum differtur, aufertur.*

*Valeant ergo ac pereant Rabini, ualeant cum Cabalistis Thalmudistæ, cum suo Thalamento, cum suis fabulis odiosis ac nugis impijs, intricatis præterea, mendacibus, cōtumeliosis & blasphemis. Biblia f nos retinebimus, discemus ac meditabimur in ijs dieb. ac noctibus, ut g sensus nostertotus sit in cogitatu Dei, ac omnis enarratio nostra sit in præceptis altissimi. Nā ea uerè sunt hī, hoc est, libri nō uulgares, non scripti ac dictati ab homine, Platone, Aristotele, Cicerone, aut quo cunq; alio qui sapietiæ nomine clari sunt habitu apud ueteres: sed à Spiritu sancto emissi cœlitūs, in quorū admirandam ac arcanā sapientiā temporib. æternis tacitam, etiā angeli<sup>h</sup> desiderant prospicere: b 1. Petri 1, ut horum similes nulli reperiātur libri alij,*

*a Laclant,  
li. 3. cap. 2. In-  
stitutionū di-  
uinarū, Laer-  
tius li. 7. Me-  
minit etiam  
Epiphanius,*

*& Hierony-  
mus alicubi.*

*b Laertius  
lib. 2. de Vitis  
Philosopho-  
rum in Ana-  
gora.*

*c Laert. li. 5.  
in Theophrā-  
sto.*

*d Hippocra-  
tes lib. 1. A-  
phorismorū.*

*e Seneca lib.  
6. Epistolaris  
ad Luciliū,  
epistola 1. &  
lib. 3. epistola  
ultima.*

*f Biblīa  
qualis liber.*

*g Ecclesiast.*

*cap. 6.*

*h 1. Petri 1,  
nec*

nec in cœlo nec in terra, cuius seduli disci-  
puli ac assidui lectors fiunt uerè docti, nō  
philosophi, sed theologi, etiam si idiotæ sint

*a Nazianze* ac de plebe homines: cum <sup>a</sup> sapientia prima  
*nus in oratio* sit, sapientiā illam despicere quæ in sermo-  
*ne consolato-*  
*ria, patre ta-*  
*cente ob gran-*  
*dinis calamitatem.*

*b Gentium* doctores qua-  
*les.*

*c Plutarch.* in Cicerone.

*d Gellius li.* 24. cap. 3.

*e Laertius* lib. 2. in Ari-  
stippo.

*f Quintilia-*  
*nus lib. 10. ca.*

*g Gellius li.* 3. cap. 10. lib.  
item 15. ca. 14.

ui eloquentiæ admirabili cognominatus,  
ipseq; Cicero <sup>f</sup> dono quodam prouidentiæ  
genitus, ut eloquentia omnes suas vires in  
ipso experiretur, ac Varro <sup>g</sup> doctrinarū mul-  
tiformium uariarumq; artium, quibus hu-  
manitas erudiri potest, culmē, cuius septua-  
ginta librorum heptadas Gellius celebrat:  
ac quicunq; alij, quocunque nomine apud  
gentes olim & nūc etiam celebrati, etiam si

humana sapientia antecelluerint omnium  
ætatum hominibus, tamē etiam cum rusti-  
co, sed Christiano, collati, eo se modo ha-  
bent, quo ad hominem animalia bruta ra-

*b Esiae 29.* tione carētia. Perdā, inquit <sup>h</sup> Dominus per  
*2. Cor. cap. 1.* Prophetam, sapientiam sapientum, & pru-  
dentiam prudētum reprobabo. Infatuavit

*i 2. ad Tim.* enim ipsam <sup>i</sup> Dominus, ut discant mundi  
*3. cap.* sapientes semper, nec tamen unquā ad ue-  
ritatem peruenire ualeant.

Ac propter solam Scripturā sacram, quā  
Hebræi

Hebræi uero nomine Magdassa nominant,  
quod Spiritus sancti uerba contineat, &  
quod sui studiosos pios ac sanctos efficiat,  
Linguā Hebræā propter sola Biblia dēsumus.  
linguam sanctam discimus, aliarum lingua  
rum omnium in mundo piam ac sanctā ma  
trem, quae dat omnibus, accipit uerò à ne  
mine: nec tamen exhaustur, quantum cun  
que ex fonte eius perenne haurias: secuti e  
xemplum multorum piorum doctorum in  
ecclesia, Origenis, Epiphanij, Hieronymi,  
Ambrosij, & Lutheri etiā tandem, Scriptu  
ræ ac patrum diuini ac admirandi interpre  
tis, qui ex linguis ac dono suo singulari,  
quod sibi præ multis doctorū millibus di  
uinitus contigerat, in hac effœta mundi se  
necta, eam lucem factis Biblijs intulit, ut  
sint in plerisq; locis, ac fermè ubiq; pio Le  
ctori instar Commentarij eruditè ac copio  
sè scripti, uel hostium etiam calculis. Nam  
solet lingua Hebræa sui studium ac amorē  
nō nullo præmio, sed magno & inæstiman  
do laboris fructu ac mercede compensare:  
quemadmodum iij experiuntur, qui medio  
cremi eius peritiā mediocri studio sunt asse  
cuti: sicuti contrà alij Ecclesię doctores, qui  
aliás excellentia dona habebat Scripturam  
interpretandi, dum linguæ Hebræę studiū  
negligunt, aut dum discendi eam linguam  
nulla facultas cōtigit, fœde aliquotiens ac  
turpiter impegerūt. Quām uerò solis splen  
dor

dor exuperat umbrę densiorem caliginem;  
tam longo quoq; interuallo linguæ post se  
relinquunt omnium patrum expositiones.  
Et quia Christianos necesse est studium sa-  
cræ Scripturæ exercere: nefas certè est &  
ingens dedecus, Christianum proprij codi-  
cis esse ignarum: tum linguam & uocē Dei  
nostrī, qua Deus ipse, prophetæ ac sancti Pa-  
tres locuti sunt, non callere.

*Vives li. 4. de  
tradendis di-  
sciplinis.*

De linguis autem in uniuersum uerum  
est, quòd fores sint disciplinarum, facultatū  
omnium atq; artium, earum certè quæ mo-  
numétis magnorum ingeniorum sunt pro-  
ditæ: ac quòd ignoratio linguæ cuiusq; ue-  
lut ostium disciplinæ illius claudat, quæ ea  
ipsa lingua est comprehensa & consignata.

Hinc Lutherus uir Dei, solus θεολόγων θεο-  
λογώτατος ac Scripturæ uerissimus & diui-  
niss. interpres, cùm multum sibi linguarū  
cognitio profuisset, in oppugnandis, expu-  
gnandis ac prosternendis hostibus, in Scri-  
pturarum etiam enarratione, prædicare nō  
dubitat grato pectore, se infinitis aureorū  
millibus carere nolle, quantulacunq; illa,  
sua linguæ Hebrææ cognitione.

*In enarratio-  
ne Psalmi 45.  
Item lib. de  
Cōstituendis  
Scholis.*

Cæterū, ut ego quoq; quantum quidē  
possem Sanctę linguę studium adiuuarem,  
ac ad eam discendam quantum possem cō-  
ferrem, monstraui in his Erotematis, pijs  
ac studiofis adolescentibus facilem, breuē  
&

& expeditam uiam discendi eam linguam.

Ea uero recognita nunc postremum edere mihi libuit, locupletata accessione aliquot utilium libellorum, ubi tum de alijs adolescentes admonere, quibus ad discendam ac cognoscēdam Hebræam linguam excitabuntur: tum etiā unā monstrare ijsdē uolui, qui optimi autores, in quib. linguis, facultatibus, disciplinis ac artibus extarēt, ut de magna turba, aut certum unum, aut etiam potiores deligerent.

Habebamus autem etiam indices, seu notationes breues numerosissimas, rerū præcipuarum ac optimarū ex uarijs autoribus, unde planum sit discentibus, quæ res bonæ utilesq; ac notatu dignæ in unoquolibet autore reperiātur: indicationes in quam historiarū uariarū, exemplorū, apophthegmatum, fabularum, sententiarum Ethicarum, rerum Physicarum, miraculorū, prodigiorum, ac rerū deniq; omnium quæ in lectione bonorum ueterum autorum quisq; sibi, ut uidetur cōmodum, annotare solet: quæ nobis tantum ad certos usus suo quodam ordine annotaueramus, quæ materiam ac copiam suppeditarent uberrimā explicandi quamcunq; materiā, argumentū unumquodq; ac id tractandi luculenter. Eas uero descripsieramus ab aliquot hinc annis in aliquot uoluminibus, ex quām plurimis omnibus

omnibus uetus tis ac probatis autoribus Hebræis, Græcis ac Latinis, philosophis, philologis, historicis, rhetorum ac medicorum etiam aliquot libris, poetis & patribus, ac cum his Erotematis iungere ad finem uolebamus: sed deterrebant nos ab instituto tū alia, tum etiam quod intelligeremus excreuisse Erotemata cum his quos addideramus ad finē libellis, in plures chartas, quām initio eramus opinati.

Quicquid autem eius est operæ, quod in his Erotematis scribendis & recognoscendis sum psumus, id pio ac bono studio à me est suscep̄tum. Cūm enim talētum à Domino non acceperim, cupio tamē siue unciam siue drachmulam meam, quæ diuino mihi munere obtigit, dum supersum, ad discētum aliquam utilitatem elocare, quibus *λεχαγιομενά οὐκαχέσιμα εἰπεῖν* meditor, dū uita suppetit. ego nanq; eo sum animo, eo studio ac uoluntate in literas ac discētes, ut omnia cupiā, si quæ scio, in aliū transfundere: & in hoc gaudeo discere, ut doceā. Ideoq; Socratis sapientiam quandā singularem, tametsi à Platone celebratam, non probamus. Ea uero fuit, *αὐτὸν μὴ ἐθέλειν*  
*de Republi- Διδάσκειν, ταχαὶ δὲ τῶν ἀλλων τελεῖονται μανθάνειν*: hoc est, nolle docere unquam, sed semper discere ab alijs: semper sibi, nunquam uero alijs, uiuere sed Platonis potius sententiam

tentiam, quæ rectius habet laudamus, ubi  
Archytam Tarentinum philosophum fami-  
liarem suum cùthvmeidai, hoc est cogitare iu-  
bet, ὅτι ἐναγος ήμωρ δχ' αὐτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλα  
τῆς γρνθσεως ήμωρ τὸ μεν τοι πατεῖς μεδίζεται, τὸ  
δέ τοι οι γεννήσαντες, τὸ δέ τοι λοιποὶ φίλοι: πολλά  
δέ πάντα τοῖς λαυροῖς διδοται, τοῖς τὸν βίον ήμωρ λαζ-  
λαμβάνσιν. hoc est, ut Cicero reddidit, quod  
Plato in epi-  
stola ad Ar-  
chytan.  
non nobis solūm nati sumus, ortusq; nostri  
partem patria uendicat, partem parentes,  
partem amici: multa uerò dantur & tempo-  
ribus, quæ incidunt in uitam nostrā. Theo-  
gnidis etiam nostri potius pium ac laudabi-  
le præceptum sequimur & amplectimur,  
ubi iubet nihil cælare Musarum famulum,  
sed subinde aliquid inquirere, ac inuentum  
alijs etiam indicare & communicare. Sic  
autem ait:

χρήμασῶν θράποντα πάντα ἄγγελον, εἴ τι πειρασόμη-  
εισλέιν σοφίας, μὴ φθονορόμη τελέθειρ: (εἰν,  
ἀλλα τὰ μὲν μῶδαι, τὰ δέ πλευνεῖαι, ἀλλα δέ πο-  
τίσφιν χρήσονται μῆνος ἐπισάμενος.

Marinus in libro de uita Procli: seu feli-  
citate: quemadmodū Empedocles philo-  
phus, etiam iubet philosophum εἰ μᾶς τενὸς  
Puteus iarum. n*rī*, aut Puteus satietatis: idem alio loco **בְּ** soken, si uariatur accentus, et nucem significat, et uigilias. Ex quibus quidem colligi uidetur, fuisse accentus tempore ipsius. Veruntamen sciendum est, ista de nino accentu intelligi debere, non de figura. Nam quod nulli apices

Idem in ult. fuerint tempore illius, hoc satis indicat, quod alii cap. Ecclesia scribit **בְּ**, pro qualitate loci, et pro uerbo,

Posuit, accipi posse. Qui de re nulla ambiguitas

Idem in C6. fuisse, si punctum habuisset **וְ**, quo fieret ha-  
ment. Habac. rum significationum distinctionis, sicut nunc facta

cap. 3. est. nam **שׁ** cum punto in dextro latere, significa-  
cat, ibi, his, &c. Sed **שׁ** cum smol, id est,  
puncto existente in sinistra parte, significat Po-  
suit, collocauit. Estq; **שׁ** Nomen. Insuper et  
hoc perspicuum fit, ex eo quod idem alio in lo-  
co aicit, pro eo quod nos transluximus Noitem,

Idem lib. 2. in Hebreo tres literæ positæ sunt **דְּבָרִ**, absque  
Comment. in illa uocali: quæ si legantur danner, uerbum signi-  
Habac. ficant: si uero deu'r, peslem, quæ græcè dicitur

**λογισμός**. unde, ut ipse ait, secuta est interprete-  
tum uirietas. Item, ignis et lu.nen Hebraicè ei-

Idem in Esa. dem scribuntur literis **אֹרֶר**. Quod si legatur, iam cap. 31. **אֹרֶר**. Ignem sonat: si **אֹרֶר** luce n. Item apud Hebreos

cap. 13. locusta et fumarium iisdem scribitur literis **אַרְכָּת**.

Quod

Quòd si legatur אַרְכָּה, locusta dicitur : si אַרְבָּח fumarium . Et alia quamplurima , quæ pañim in eius uberrima doctrina reperiuntur . Ad hæc etiam accedit, quòd pleraque nomina propria, ob carentiam punctorum, perperam in alienam linguam deflexa sunt . cuiusmodi sunt, אַזְּבָּנָה — פְּלִבָּר — טְוִרָּם . Qualia quum propè innumera sint, hæc tanum breuitatis causa adduxisse sufficiat . Quòd si temporibus illis tum puncta, tum accentus ascripti fuissent, nullus uel errori, uel expositionum diversitati locus, credo, extitisset . Ex quibus uidetur esse perspicuum, puncta uel accentuum figuras, nequaquam fuisse illius tempore, neque ( ut Elias affirmat ) in monte Sinai ( ut fals ) quidam opinati sunt ) traditas : nec item ab Ejdra, consilioq; temporis illius , quod alij sentire malunt , posteritatis in usus proditas fuisse . Alud quippe nihil ( ut idem dicit Elias ) Ejdram uidetur præstítisse , nisi quòd uirorum congregationis magna , suumq; iudicium sequutus , lectionis uarietatem , si qua uel ob Cabalam , uel ob rationem probabilem emerserat , scriba ipse notauit : unde & per Antoniam scriba uelox in lege Moysi dicitur . Qui circa illud, quod , qui à nobis dissentiant , allegant è Tali aud in locum Nchemie ( Legerunt in libro Legis Dei , hanc lectionem cum expositione , hoc est interpretatione : ponendo intelligentiam , id est , distinctiones : & intellexerunt lectionem , hoc est , secundum accentus pausas fecerunt ) ita intelligi dicimus oportere : Posuē:e distinctiones,

uidelicet ut per Cabalam acceperant: & lectionis mo-  
ras fecerunt, nempe secundum exigentiam sententiæ,  
sine notulis tamen. Ex quibus euadit perspicuum, illud  
esse uerum quod initio dictum est, ab autoribus scilicet  
Masoreth, & non ante illos, puncta & accentus exca-  
gitatos fuisse. Cæterum scribit diuus Hieronymus in  
Commentarijs, super cap. 18 Ezechiel. item in prefa-  
tione apposita historiæ Regum, Esdrā scribam legisq;  
doctorem, post captam Hierosolymam, & instaura-  
tionem templi sub Zorobabel, alias etiam literas He-  
braeas reperiisse, diuersas ab istis quibus nunc utimur,  
inuariata tamē sub utrisq; characteribus lingua sacra:  
id quod indicant nomina Adam, Heua, Cain, &c. idq;  
aliquot rationibus comprobare nititur: quemadmodū  
Berosus quoq; uetus ille historicus, idem cōfirmat.  
Postea sunt etiam, ac de his primarij, Iudei ac Rabini  
temerarij, gens immodica, iactatrix suorum, & in hac  
parte Græcis aliquanto uanior, qui affirmare non ue-  
rentur, sacros libros in captiuitate Babylonica colla-  
psos et perditos, memoria unius Esdræ reparatos. Sed  
impiè ac periculoſe illud asseritur. Quis enim non ui-  
det, tentari ac labefactari autoritatem Scripturarum,  
quibus debetur summa ueneratio? Non enim legere-  
mus nunc Esaiam, Salomonem, Dauid, Mosem, Job, &  
alios, sed quòd unius hominis memoria potuisset sup-  
peditare: non haberemus cōsensum prophetiæ Hebrai-  
cæ, uel potius diuinæ, per tot secula: sed angustia unius  
ingenij, esto excellentissimi, unius tamen, omnem Scri-  
pturam Canonicanam terminaret. Verū hæc pluribus  
exponuntur à uiris doctissimis, Theodoro Bibliādro,

in lib. de Optimo genere explicādi Hebraica. lib. item de Ratione communi omnium linguarum & literarū, cap. de Mutatione Scripturæ: Munstero, in præfatione in Biblia sua Hebræolatina: ac ab eodem in Chaldaica Grammatica, cap. de Affinitate ac differentia linguarum Chaldaicarum ac Hebraicarū: Paulo item Fagio in expositione ca. ii. Numeri paraphrasis Chaldaicæ, ubi de Lxx uiris Synagogæ magna differit.

Quomodo Magistri Maforeth, Hamma-  
foreth, distinxerunt Biblia  
accentibus?

Primum animaduerterunt, ubi faciendus esset sententiæ finis, & ibi signauerunt duo ista crassa puncta: subalternatim posita. Deinde diuiserunt sententiam in duas medietates, cōmodiori modo, quo id fieri potuit, & pausam illam signauerunt figura . Rursus alias fecerūt minorcs subdistinctiones, à capite sententiæ usq; ad Athnah: & ab Athnah usq; ad finem sententiæ adijcentes reges & ministros, secundum quod illis commodum uisum fuit: ordinem scilicet seruantes in regibus, ut unus maior & potentior esset altero: pri-  
mum pausandi locum tribuentes soꝝ h[ab] pasuc, secundū ipſi Athnah; tertium Zakeph caton, quem plerunque equalem fecerunt ipſi Athnah, cum non raro propter ipsum puncta mutentur parua in longa, ut postea dicetur. Vbi uero non magnæ pause fuerant facienda, illic ordinauerunt reges minores, respectū semper habentes ad longiores & breuiores sententias. Nec ratio dari potest, cur iste præcedat, & iste sequatur: cum ita placuerit magistris Hammamoreth: aut si ipſi certa

ratione in hoc usi sunt, nobis non est illa manifesta.  
Porro de eo uide quæ dicuntur lib. 2. cap. 3. in Opere de  
Prosodia Hebræorū Ioannis Vallensis Hieronymiani.

Quid uocant Hebræi Masoreth?

Annotationes quas docti quidam Iudei scripserunt  
in sacra Biblia, in quibus explicant uoculas quasdam  
Biblicas, quantum ad illarum genuinam cùm lectionē,  
tum significationem attinet: quoties item aliqua dictio  
cum hoc uel illo accentu inueniatur, quomodo quædā  
dictiones aliter scribantur, et aliter legitur, et econ-  
trà: quoties deniq; aliqua dictio uel plenè, uel defec-  
tuè in Biblijs inuenitur, et si quæ sunt alia istiusmodi  
Grammaticorum affectuum: numerus literas ac uo-  
ces, titulos etiam Bibliorum omnes, ne Biblia quoquo  
modo corrumpantur, aut errores quicunq; tandem in  
ipsa irrepant: seu detractis seu additis quibusdam, seu  
etiam substitutis alijs. Et eam tractationem Masoreth,  
à tradendo uocant: quòd sentiant Hebræorum sapien-  
tes, eam Cabalistica quadam ratione à maioribus po-  
steris traditam fuisse: cuius doctos Iudeos, qui in Tybe-  
ria olim habitarunt, autores Elias Leuita statuit.

Hac Masoreth (at est in Capitulis seu Apophthegma-  
tis patrum) Sepem legis uocant: quòd ea dicant custo-  
diri genuinam sacræ Scripturæ et lectionem et expo-  
sitionem: ne quis in sacris literis graffetur, et pro sua  
libidine ex quolibet quolibet faciat, sed maneat intra  
septa ueterum sapientum. Sed forte extra oleas hæc.  
Nolui tamen illas de accentibus et uocalibus opinio-  
nes prætermittere, non quod nescirem, non usque adeò  
hæc necessaria esse: sed ut scirent studiosi, moueri has  
quæstiones

quaestiones saepe inter doctos, Iudeos pariter et Christianos. Nunc paucis, quae et usum habent, et necessaria sunt omnia de accentibus, dabimus.

## ACCENTVS ACUTVS.

Quae accentuum notae acutitoni indicia sunt?

Ista, siue supra, siue infra uersum posuere, et קָבֵר, קָבְרִי, קָבְרֶת, קָבְרָה, multaque similes: sunt enim signa huicmodi circiter 23 dabari.

REGVLAE DE SEDE ACCENTUUM IN QUIBUS DAM UERBIS  
ET NOMINIBUS.

1. Quales ultima et penultima habent segol, tam in uerbis quam in nominibus, accentus est in penultima: ut, בְּשַׁתְּקָה. Imo uero semper, quo i.e; cunque ultima habebi segol, qualemque sit punctum penultimi: ut, בְּרַכְתָּךְ וְרַאֲכָר וְרַבְדָּךְ. Et ita de reliquis. Idem fit, si propter gutturales iteras alterius, uel utrumque segol mutetur in patha: ut לְבָעֵת. quod quando fiat, in infinito secundi et terci ordinis, tum quoque nominibus sex punctorum, indicauimus.

2. In coniugatione tertia Hiphil, tertia pluralis et tertia singularis foeminina habent ferè semper accentum in penultima. In rebus omnibus personis, modis et temporibus, cuiuscunq; coniugationis, accentus erit <sup>h.c regulam</sup> genealem.

3. Ubicunque est - uel - ante consonantem, iuxta et - erit accentus: ut בְּרַכְתָּךְ וְרַאֲכָר.

4 Nomina quæ desinunt in "precedente hirc, si punctum penultimum fuerit holem uel sægol, habebūt accentum in penultima: ut קָרְבָּן.

## N O T A.

Reliqua ferè omnia, cuiuscunq; fuerint formæ, tam in singulari quam in plurali, habent accentum in ultima. Idem euenit in participijs.

## D E מְתַהָּג R E T I N A C V L O.

Quid est Mæthæg?

Est uirgula rectissimè à uersu descendens, et indicat syllabam, cuius literis subdita est, tractim, et quasi circumflexo tono enunciandam. Vocatur itaq; à quibusdam מְתַהָּג productor, et ab alijs גַּעֲרֵא mugitus. Et facit hæc uirgula distinctionem inter radices in literis communicantes: ut, יְרָאֵי יְשָׁנָה, ubi Mæthæg uirgula sub iod, ostendit literam radicalem esse iod, radicemq; dictionis esse יְשָׁנָה, non יְרָאֵי, non שָׁנָה.

Quid intelligunt Hebræi per uocabula  
מְלֻעִיל וּמְלֻבָּע?

Omnes dictiones, quantum ad accentuum rationē attinet, diuiduntur in duas partes. Quædam enim sunt מְלֻבָּע: hoc est, habent accentum in ultima. Alia uero sunt מְלֻעִיל: hoc est, habent accentum in penultima.

D E N O T I S D I S T I N-  
ctionum.

Commatis hoc signum est, sub uersu positum. Duo uero haec punctula: in uersu periodū et sententiam perfectam declarant.

## DE ACCENTIBVS PAV-

santibus, hoc est, orationem in sua  
membra distinguentibus.

Quot sunt accentus pausantes?

Licet triginta sint accentus, ut suprà diximus: tamē  
quatuor sunt, qui frequentius usurpantur in hoc offi-  
cio distinguendi orationem.

Qui sunt illi?

Primus uocatur סָמֵךְ, uel סָלֹק, qui in fine  
uersus collocatur, et præcedit duo ista puncta: quæ fi-  
nem uersus significant, hoc modo: אַמְרָר.

Alter dicuntur אַתְּנִחְתָּן, uel אַתְּנִחְתָּן, cuius figura ta-  
lis est ^ . Et semper obtinet medium sententiae, quan-  
do pausa est facienda, siue id fuerit propè, siue longè à  
capite uersus. Cadit tamen etiam aliquando in primam  
dictionem.

Tertius uocatur קְטֻזָּה, duo punctula supra  
literam posita, constituitq; ferè colon, בְּבָרֶר.

Quartus dicitur רְבִיעָה, punctulus est unicus, instar  
holem, crassior tamen, et ponitur super medium cor-  
pus literæ. Estq; ferè primi membra distinctio, seu co-  
lon, aut comma.

Quare quatuor isti accentus studiosis ado-  
lescentibus diligenter sunt  
obseruandi?

Propter uim, quam habent in mutandis uocalibus  
breuibus in longas. Communiter enim in commate, co-  
lo et periodo, cuius isti accentus notæ sunt, pathah et  
segol in camets, et scheua in camets uel zere commu-  
tant.

Per pausam  
significant di-  
stinctionem,  
seu membrū  
periodi.

sant. Quod madmodum enim grauæ & sonora, ac certorum pedum ac numerorum uitabat. Rhetores int fine periodorum collocant: ita maximè illud in scriptura obseruatum est, ut scilicet gruia & producta uebam in fine distinctionum collocarentur, quo ea quæ dicti fuerunt, eo melius etiam perpendentur. Ac huc pertinet בְּלָא מַעֲבוֹה בְּמֶלֶךְ בְּלָא עַטְבָּה Id est, Sic ut dictio sine accentu, sic rex sine corona. Verum quomodo puncta mutantur propter accentus, pluribus explicat Ioannes Vallensis Hieronymi manus, in Operre de Prosodia Ebreorum, lib. 2. cap. 2. ubi una etiam agit de accentuum divisione. Ac denaq; idem ibidem prolixè, libris qui ita eruditè scriptis, tractat ut exponit, quæ de Ebreorum Prosodia dici possunt.

## DE VIRGULA —

Quid est Makphah?

Est lineola transuersa in se ista in. m., duo uerba sic coniungens, ut quæ si unum ex eis efficiat sub uno accentu: Greci γράψι, id est, ποντίον in uocat. Usus est eius plus in unius dictione, pars quæ maioribus adhaerent: ut, אַפְקָר — בְּלָא — אַפְקָר — בְּלָא omnes fines terræ.

## NOTIONES DE MAKPHAH, bene notandæ.

- 1 Dictiones monosyllabæ, imò & plurisyllabæ in zere exētes, cum Makaph iunctæ alijs, habent səgol: quales sunt, לְבָן שֵׁם בְּלָא יְלִפְתָּח.
- 2 Plurale cōstructuum masculinum, cum Makaph alteri iunctum, mutat zere in segol. Idem faciunt uerba.

uerba in infinitiuo, imperatiuo, atque futuro, in zere  
exeuntia: ut לְבָנָן — בָּנָן. Sic Genes. 3.  
אַחֲרֵי הַפְּרִזְד — לְזֶה  
habet infinitius Niphal.

3 Dic̄io בְּלֹן cum accentu proprio habet holēm: cū  
Makaph uerò, camets hatuph. Sic uerba quæ in holē  
in futuro definunt, propter Makaph mutant illud in  
camets hatuph: ut נְאָרָה — רְאָתָה. Sic רְשָׁמָר — רְעָתָה.

### D E M E T R I S H E- braorum.

**Quomodo scribunt Hebræi carmina?**

Longè alia ratione, quam Latini, nesciunt enim  
quid sit spondaeus, iambus, trochæus, dactylus, anapæ-  
stus, &c. sed habent alia quædam uocabula: nempe  
סָגָר דְּלַת יְתָר תְּבָעָת, &c. quæ uoces ipsis clausu-  
ram, ostium, clauum & motum significant. Inueniun-  
tur item apud Hebræos decē & octo metrorū genera,  
de quibus omnibus Sebastianus Munsterus in Opere  
cōsummato. Nos illa, quia nō usque adeò necessaria ui-  
deabantur, ne discentes nimia prolixit, te libri absler-  
rentur, prætermittere, & sic Erotemata hæc nostra  
claudere, adiicientes prius de metrorum generibus,  
quib. spiritus sancti oracula cōscripta sunt, uoluimus.

**Ex libro primo, cap. 8. Polydori,  
de Rerum inuentoribus.**

Origo huius artis ( Poeticæ ) admodū uictuſta est:  
& teste Eusebio in 11. de Præparatione Euangelica,  
apud antiquissimos Hebræorum, qui multo ante Græ-  
corum poetas fuere, primū floruit. Nam Moses ma-  
gnum Hebræorum Imperator, cum ex Aegypto eos  
in

in patriam reduceret, statim atq; mare rubrū, diuinitus cedentibus aquis, transgressus est, diuino numine afflatus, auctore Iosepho in 2. de Antiquitatibus Iudeorum, Hexametrum carmen, quo Deo gratias ageret, edidit. Verba autem Iosephi Grecè sic habēt: ναὶ μωΐσος ὁλλὺ εἰς τὸν θεόν, ἐγνώμορτε ναὶ τὸν σύμφυας σύχαιρεῖν πολιέχοντας τὸν ἔξαμέτρῳ τόνῳ σωτίθνοιν. Deinde David ille diuinus Dei uates, uario metro hymnos composuit. Idem Iosephus lib. 7. Antiquatum: Expeditus itaq; David à prælijs & periculis, cum pace iam altissima frueretur, cantica in Deum, hymnosq; uario metro composuit, alios quidem trimetros, alios uero quinquemetros. Hæc ille. Diuus quoq; Hieronymus in Prefatione in Chronicon Eusebij, longè scienter id demonstrat, scribens: Deniq; quid Psalterio canorius? quod in morem nostri Flacci, & Græci Pindari, nunc Iambo currit, nunc Alcaico personat, nunc Sapphico tumet, nunc semipede ingreditur. Quid Deuteronomij & Esaiæ cantico pulchrius? Quid Salomone gravius? Quid perfectius Job? quæ omnia hexametris & pentametri's uersibus apud suos composita decurrunt. Non immerito igitur huius artis initium Hebræis acceptum referre debemus, ueluti reliquarum propemodum disciplinarum.

#### D E A B B R E V I A T V- ris Hebraicis.

Purus Hebraismus, qualis est in sacris Biblijis, nullas abbreviationes nouit: quod piaculum esset, in 24 literis unam subtrahere literam: nisi fortassis in sacro nomine Dei, quod Hebrei plerique honoris gratia corrupte

corruptè scribunt יְהֹוָה, pro יהוה, putantes superstitione quadam religione, sacro nomini integrè scripto illusionem fieri, si codex non omnibus modis mundè tractaretur.

Habent autem duplices abbreviaturas. Veras, in quibus scilicet singulæ literæ singulas designat dictiones: ut אַמְרָר רָבֶר עַלְיָה חַשְׁלָמָת, אֲדֹעַת Di-

xit David, qui est in face.

שׂצְטָה pro שׂטָה תְּבָל

שְׁבָתָאֵר צָרָס מְאֹרִים חַמְתָּה נָזָח בּוֹקָב לְכָנָה  
Saturnus Iupiter Mars Sol Venus Mercurius Luna.

תְּבָל עַתְּבָל pro

אַחֲרִיה גְּבָשָׂר בְּקָנָע עַדְן אַמְּדָן  
uoluptatis, Amen.

תְּבָל שׂצְטָה pro

תְּחִרְחָה גְּבָשָׂל אַרְוֹת בְּצָרוֹר חַתְּרִים :  
Sit anima eius ligata in fasciculo uitæ. Sic plerumq; claudunt Hebrei epitaphia sua.

Alias, in quibus tollunt tantum unam uel duas literas à fine dictionis, et cōsignant literam ultimam uirgula quadam erecta: ut בְּלִבְרִים pro בְּלִבְרִי, וְשָׁרָאֵל pro וְשָׁרָאֵל, &c.

Vide Lu-

Et abbreviationes istæ usum suum habent in expli- therum in candis, legendis atq; intelligēdis Rabinorum commen Præfatione tarijs: quæ præter id quod plurimum temporis requiri- über die let- runt, et parum ipsis uacantibus profundunt, dum à multo sten wort utilioribus et magis necessarijs auocant, ita intricati David, à se et difficiles, obscurijs existunt suo nouo et peculiari exposita

dicendi genere, suis tropis, idiomatis, atque extraneis Thalmudicisq; ac barbaricis uocabulis, quæ non raro suis libris immiscent, quasi de industria obscuri: ut necesse sit, explicare uolentem illos, callere linguā Thalmudicam, Chaldaicam, Ismaeliticam, Arabicam, Græcam, Germanicam, Italicam, Hispanicam & Gallicā. harum enim nationum omnium pāsim in Rabinis inueniuntur uocabula. In Thargo etiam Hierosolymitanō, id est paraphrasi Bibliorum Chaldaica, que Hierosolymitana dicitur, multa reperiuntur uocabula Babylonica, Græca, Romana & Persica. Vnde apparet, factum esse id Thargum, quo tempore dominiū tenuerunt super Iudeam hæc regna, annis ferè trecētis post desolationem urbis: quemadmodum id etiam docetur in historia quam scripsit Græcè ac Hebraicè filius Gorian. ac docent id etiam pluribus, Rabbi Nathan, uir Romanus, in lib. suo Aruch, in quo explicat uoces Talmudicas: Helias etiā Leuita in præfatione in Dictionaryum suum, luculenter ac eruditè scripta, qui ipse etiam in Lexico suo Chaldaico multa explicat uerbis Germanicis aut Italicis, sed Hebraico charactere notatis, præcipue ubi ampliore expositione fuit opus. Id uero factum esse, ac fieri hodie in Rabinorum scriptis, non inopia quadam uocum, sunt qui scribant Iudei: sed elegātia ac uenustate permotos Rabinos, suis scriptis libenter aliarum linguarum uoces, tanquam Emblemata quædam adiungere: tametsi uerius sit quod plerunq; indoctiores ipsorum scriptores, cum Hebraicè omnia efferre nequeant, configiant ad linguam notiorem ac maternam: quod sic solet accidere, non iphis tantum

tantum Iudeis ac horum Rabinis, sed multò magis etiam alijs minus in dicendo ac scribendo exercitatis. ac solent præterea sponte adhærescere aliorum uoces ac idiotismi, cum quibus frequenter agimus. Vide plura, si libet, in Perusch haperuschim Sebastiani Munstèri, libello quem ad finem Grammatices suæ Chaldaæ appendit: in quo explicat difficillima quæq; quæ se in Rabinorum lectione offerre possunt: ut sunt modi loquendi, abbreviaturæ, & uocabula Rabbinis propria.

## EROTEMATVM LINGVÆ

Hebrææ Finis.

n 2

LIN-

L I N G V A R V M L A V S A C C O M  
mendatio summa Lutheri, uiri Dei, prophe  
tæ Germaniæ, tertij Heliæ, Antichristicidæ,  
summi doctoris Ecclesiæ, ac diuini Scriptu  
ræ interpretis, libro de constituen-  
dis Scholis.



V' M necessarium sit omnino, rerum pù-  
blicarum administrandarum in rebus hu-  
manis esse functionem: committer dum nō  
est ut hanc obeant boues Cyprii, aut porc. Acernanij:  
hoc est, homines brutissimi. Quin potius, quandoqui-  
dem ita uolumus, eadem opera Reipub. habenæ et gu-  
bernacula tradimus porcis, lupis, et id genus feris, at-  
que illis præficiamus, qui non magis præoptent ib ho-  
minibus regi, quam à bestijs. Sed et hanc plus quam fe-  
rinam esse crudelitatem, quis, cui sanum sit synciput,  
negabit, non nisi ad hunc cogitare modum: Nos iam  
regnabimus, parum solliciti utcunq; posteris succedat.  
Non profecto in homines debebant imperium habere  
tales, sed in beluas: qui in publicorum officiorum fun-  
ctionibus, non quid ex usu sit publico, sed quid rei pri-  
uatae seruiat, querunt. Quod si etiam summa opera im-  
pensius curabimus, non nisi optimos, doctissimosq;, et  
tantum liberalissime educatos Reipub. gerendæ substi-  
tuere, adhuc remanebit periculū, ne non prouidetissi-  
mis etiam concilijs instituta, cœptaq; felicem succes-  
Linguæ an di sum sortiantur. Qui uero isthic tantum nō pessimo tu-  
scendæ, quia multu misceantur omnia, ubi supina securitate steriūt  
Biblia in lin-  
gua Germani Senatores, aut Reipub. clauum tenent imperii et sto-  
ca leguntur. lidi? Sed et hic video quid possis obijcere: Ut maxime,  
inquis,

inquis, scholæ sunt habēdæ: uerūm quò nobis Latina,  
Græca & Hebraica lingua spectant, & reliquarum  
linguarum cognitio? An non possumus Biblia in lim-  
guam nobis uernaculā transfusa legere, quæ nobis co-  
piose ea quæ ad salutem scitu necessaria junt, aperūt?  
Respondeo: Iam dudū etiam sciebam, nos Germanos  
non nisi bestias mansuros, quo nomine nunquam non  
ad finitimus regionibus male audiuimus, nec immerui.  
Verūm hoc miror, cur non pari semel dicamus opera,  
Quò nobis sericū, byssum, purpura, uina exotica, pul-  
ueres aromatici, & quicquid præterea peregrinarū  
est mercium: cùm nobis ipsis uini, frumentorum, lana-  
rum & lini, lapidum, domi regiones nostrates, nedum  
copiam ad uiuendum producant, uerūm etiam delectū  
ad ornandum relinquāt? Artes liberales, linguarumq;  
cognitionē, quæ præterquam quòd damno se nō junt,  
etiam ornatum uberiorem, decus, utilitatem, cùm ad lō  
teras sacras intelligēdas, tum ad Reipub. munia obeun-  
da sunt allaturæ, posthabemus: uerūm merces peregri-  
nas, terra mariq; ad portatas, quibus carere magno no-  
stro poteramus cōpendio, utpote funditus nos exhau-  
rientibus, ultrò cupimus. An non hoc est, esse crassiſſi-  
mo stupore Germanam bestiam? Præcrea, si Lim-  
guarum peritiæ alius nō esset fructus, quam quòd om-  
nipotentis Dei adeò nobile donū sit, quo Germaniam  
nostrā hac tempestate cumulata liberalitate, præcete-  
ris penè gentibus omnibus donauit: id quod in primis  
uel solā nostrā excitare debebat societatiā, adeoq; titil-  
lante quadā oblectatiūcula sopitū, aut torpentē segni-  
cie animū adficere: uidemus nimirum, nisi Tiresia cæ-

Quare diabolus ius linguas emergentes semper studet prohibere. ciiores simus, quod bis Vniuersitatibus, monasterijs semper reluctantibus, nunquam emergendi copiam cesserit diabolus. An non subinde contra emergentes linguas, ceu heresin manifestariam, omnibus furidrum habenis furierunt, atque incessanter eundem adhuc furorem furunt? Siquidem prospiciebat ueterator ille futurum malum, quod regno suo linguarum cognitio proculdubio esset illatura, ubi in lucem emer- sisent, cui multis seculis mederi non posset. Proinde cum prodeuntibus iam linguis obstatre non potuit, cogitat eas ad pauciissimos quoque relegandas esse, ut per se tandem sterili paucitate cogente, denuo are- scant et concidant: astutè. Ac sanè parum gra- tatus hospes diabolo linguarum peritia, propterea eundem sic frugali culina tractare decreuit, ne diu- tina mansione premat hospitem. Quam ueterato- ris nequissimi uafriciem pauci nostrum sunt qui ui- deant.

Linguarum cognitio, in gratius ho- spes diabolo. Proinde uiri Germani, tandem mente meliore rece pta, exergiscimini, ob talē munificentia Deo optimo maximo gratias agentes, ne quod misericordia largitus est, denuo à nobis ingratis et indignis auferat. Neq; enim hoc inficiabimur, quod Euāgeliū, quamvis Spiritus sancti opera à Deo solum uenerit, et uenit indies, ipso reuelante: tamen linguarum adminicula potissimum uenisse, per quas etiam incrementum accepit, quarumq; opera etiam posthac retinendum erit. Euāgeliū est reuelatū Ecclesie, ac retinetur in linguarum per- tua. Non secus ac cum primū per Apostolorum legatio- nem C H R I S T U S in omnes mundi angulos Euāgeliū inuulgare decreuerat, non prius quam uarijs lin- guis

quis instructos misit Apostolos. Ad hæc non in aliud Tēpore Apo-  
per Romanum imperium antè, longè lateq; Græcam stolorū qua-  
& Latinam linguam sparserat, quam quod citissime re lingua  
Euangelium suum per orbem effundi uolebat. Par i ra- Græca ac Lx  
tione iam idem, emergentibus denuò linguis, factitatū tina long' la  
esse in cōfesso est. Nemo non ignorabat, quo nam con teque sparsa  
filio diuina Sapiētia sineret linguas in lucem prodire, fuerint per  
donec re comperta uideremus hoc Euangelij reparan- orbem.  
di gratia factum esse, quod adhuc reuelandum fuit: ut  
per hoc papisticæ abominationis regnum aperiret, &  
euerteret. Quamobrem credimus & Græciam Turca- Græcia occu-  
rum ditioni subiugatam, quo per paſſim sparsos Græ- pata à Tur-  
cos & fugatos, illorum lingua disseminaretur, autho- ca, cœpit à  
res nimirum futuri etiam alienas linguas perdiscendi. profugis Græ-  
cis, lingua  
Græca spar-  
gi, ac dōceri  
in orbe.

Quanto igitur amore complectimur Euangelium, tam obstinate ab interitu linguas quoq; uindicandas esse intelligimus. Neq; enim temerè est, quod his duabus tantummodo linguis includi uoluit Deus: uetus quidem Testamentum Hebræa, nouum uero Græca. Quas cùm tanti fecerit, ut etiam easdem uerbo suo cōseruando, quo nihil sacrius elegerit: par est & nos illas ipsas præ omnibus cæteris tractare, & colere quam poterimus honorificè. Siquidem Paulus hoc non pro uulgari honoris autoramēto linguae Hebraicæ iactat, quām chara nobis est Euā quod hæc diuinæ promissiones cōpleteatur, ubi dicit. gelium, tam Rom. 3. Quid igitur habet in quo præcellat Iudeus aut quæ utilitas circumcisioñis? Multū per omne modum. Nā primū quidē illud, quod illis cōmissa sunt ora culi Dei. Hoc idem gloriatur rex David pia quadam iactantia, Psalmo 147. Qui annunciant uerbum suum

Iacob, iusticias & iudicia sua Israel. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Ex hoc obscurum non est, cur lingua Hebreæ Sancta dicitur, quam Paulus ipse Roman. scribens, Scripturā sanctam appellare non dubitat: proculdubio nō ob aliud, quam quod hac uerbum Dei comprehendatur. Ad hunc modum, ratione non dissimili, & Græcorum lingua merito Sancta dici possit, quod hæc nouum Testamentum Christianis exhibeat: atq; ex hac tanquam fonte, etiam in alias interpretum opera deriuatum, ipsas quoque sanctificauerit.

**Summa lin-** Hæc è dicta sunt, ut intelligamus, Euangeliū cōmo  
**guarum com** dē nunquam retenturos esse nos, nisi fiat linguarum  
**mendatio.** auxilio. Vaginarum uice sunt linguae, in quibus gla-  
 dius ille Spiritus, nempe uerbum Dei, tenetur insertus.  
 Arcæ sunt, seu thecae repositoriæ, quæ repositum hoc  
 nobile leuius alio adseruant. Pocula sunt, quibus salu-  
 brem hanc potionem exceptam circumferimus. Celle  
 sunt promptuariæ, ex quibus promus cōcionator hæc  
 Euangelica cibaria depromit. Atq; ut Euangelium i-  
 psū indicat, cophimi sunt, in quibus panes unā cum  
 piscibus, adeoq; reliquiarum fragmenta, ne pereāt, cu-  
 stodiuntur. Quod si nobis supinè stertentibus (fors  
 dicta refutet) per incuriam elabantur Linguae, timen-  
 dum est, ne non Euangelium solum amittamus: uerū  
 rursum miseriarum uenturum nobiscum, ut qui nec  
 Latinā linguam, aut sermonem patrum rectè sonare  
 aut scribere callebimus. Cuius calamitatis horrendum  
 Vniuersitatū & monasteriorū exemplum, nobis au-  
 rem uellat & moneat, in quibus nedium Euangelium  
 strenue

strenue didicerunt, uerum etiam Latinam & Germana-  
 num linguam usq; adeò miserè corruperunt, ut ho-  
 mines miserandi tantum non in bestias bestialiſtas patu fuit cor-  
 degenerarint, & Latialis & patriæ lingue iuxta igna-  
 ri. Et profectò non multum aberat, quin etiam commu-  
 ni sensu fuissent priuati egregij illi Linguarum & in-  
 geniorū corruptores. Quapropter & Apostolis ipſis Apostoli  
 operæ preclaram uisum est, nouum Testamentum Grae- quare nouū  
 ca lingua descriptum, ad posteros transmittere, non Testamentū  
 aliam ob rationem, quam quod hoc pacto tutò & Græcē scri-  
 certò conseruari posse sperauerint, tanquam in arca pserint.  
 repositum. Siquidem præuiderunt hoc fore, quod nūc euenit: ut si tantum memoria labili exceptum fuisset Euangelium, quam multiplex indigesta & cōfusa fuit Babylon, tam sensus diuersi, opiniones discrepantes, doctrinæ repugnantes essent exorituræ in Christianismo: quibus nullo modo opprimendis facultas, aut simplices defendendi copia fuisset relicta, nisi adeò certò nouum Testamentū Græcē scriptum foret in prom-  
 ptu. Proinde dubium non est, ubi linguae non durāt, nec sinceram Euangelijs predicationem durare posse, quo minus postremò pessum eat.

Huius rei uero testis est longè certissimus, uel ipsa experientia. Nam non ita multo post Apostolorum tempora, definentibus linguis, ccepit & paulatim frigere Euangelium, extingui fides, atq; adeò totus immutari Christianismus: donec sub Papistica tyrānide, in solidum abolita sit prioris Ecclesiæ facies, & Christianismi. Ex illoq; quo lingue cōſiluerunt, tempore, nihil egregium, aut rarum, aut insigne in Christiani-

tate gestum est. Verum non parum multas abominationes horrendas esse cōmissas, ob Linguarum imperiam, quis est qui dubitet? Sic è diuerso recuperatæ iā lingue mirabilem adeò secum reduxerunt lucem, ut sānè per pauci sint, qui non singulari animi capti admiratione, testentur Euangelium non minus nobis pure & sincerè annunciatum esse, ac olim Apostoli primiū tradiderunt Ecclesiæ, ac per omnia genuinam for-

*Christus ea puritate prædicatur hoc tempore, ac ex eodē fonte, quo Apostolorum.*

titum esse puritatem & nitorem: & longè quidem prius nunc prædicari Christum, quam Hieronymi siue Augustini temporibus. Atq; ut uno fasce totū complectar, Spiritus sanctus profectò non desipit, anilibus deliramentis occupatus. Hic tam utiles & tanti precijs linguas iudicauit, ut non semel has cœlitū secum deuenierit: id quod uel solū acerrimo stimulo nostram segnicem expergefaceret debuisse, quo has magna cum primis diligentia partas & conquisitas, non spernemus, poste aquam denuò easdem ipse reuexerit.

Atqui, inquies, multi patres sanctitate insignes, beatorum sortiti sunt consortium, nihil secius tamen linguarum imperiti. Rectè dicis. At quò tandem & hoc referendum putas, quòd non raro à genuino Scriptu-

*Augustini ac plerorumque patrum error, ortus ex linguarum imperitia.*

ræ sensu, intellectuq; exorbitauerint? Age, quoties saltem Augustinus in interpretando Psalterio hallucinatus est, non minus quam Hilarius? Imò omnes illi qui

Scripturā citra linguarū accessionem interpretari conati sunt? Quanquam in uno aut altero loco non unquam rectè dixerint, tamen semper in biuio cōsistentes, nunquam fuere certi, num hoc perinde eo loco Scriptura uerba sonent, quo illi sua interpretatione traxerunt.

Vt hōe autem liquido exemplo firmem, rectē sanē dictum est, Christum esse Dei filium: tamen quām ridiculē tandem sonabat in aduersariorum auribus, citata ex eo Psalmo 119 huius rei probandae firmatione, Tecum principium in die uirtutis tuę: quum tamen eò loci lingua Hebræa ne iota quidem de Diuinitate scriptum testetur. Porrò, si tam incertis & disrepartibus probationibus fidem nostrā tueri conabimur, fidem Christianorum penitus deridendā aduersarijs nostris Linguarum peritis propinabimus. Qui subinde pertinaciore reluclatione indurātur, fidem nostram humanū somnium, aut anile commentum aestimantes.

Quid hic aliud in culpa esse credamus, fidem nostrā sic risui expositam, quām linguarum ignorantiam? Aliudq; subsidiū nō esse, nisi linguas nosse? Ac coactus fuit D. Hieronymus Psalterium de integro interpretari ad Hebraicā ueritatē, nō profectò alia motus causa, quām quòd Iudei salse nostros subsannabāt in dispensationibus, nō sic loqui Scripturā, ac nostrū falso garrisce Psalteriū affirmātes. Sed et patrū expositiōes, Scripturā sine linguarū adminiculo uersantiū (et si nihil prauī docuerint) sunt eiusmodi, ut plerūq; incertae, non aptae, immaturae, nō in loco adhibitae, nō secus incertis titubātes uscīgijs ac cācus, qui bacillo aut pariete comite oculorū uice utatur dirigēdis gressib. suis: adeò ut creberrimè à ueri textus tramite errabū di frātū per deuia, affingētes Scripturę nasū cereū, pro sua quisq; deuotione, quemadmodū superiori loco indicatū est, Tecū principiū, &c. Id quod et Augustinus ipse consti- tur ingenuè, in libris de Doctrina Christiana, doctori scilicet

Quare Hieronymus trā  
stulerit ex  
Hebræo Psal-

terium.  
fitiones sine  
linguis qua-  
les.

scilicet Scripturas exposituro ad primè opus esse linguarum cognitione. Nec fieri posse quin alias ubique turpiter impingat: cum interdū torquētur, et graui- ter sudandū est his, qui exactissimè linguas calluerint.

Differunt cō-

cionator sim-

plex & Scri-

pturæ inter-

uel ut Paulus nominat, prophetā, nemo negabit. Con-

pres.

Propterea multum interesse, inter concionatorem Euangelij simplicem, et Scripturarum interpretem, cionator quidē, cum tam multa apertaq; Scripturæ testimonia interpretū industria Latinè redditæ habeat, quibus Christū intelligit, discitq; et sancte uita instituta etiā alios erudiat: at Scripturam interpretari, tractareq; seorsim more interpretū, adhæc certare cōtra erroneos Scripturæ oppugnatores, impar est et inferior: utpote linguarū cognitione nō instructus, qua cū primis armatura aduersus tales pugnandū est. Eiusmodi prophetas Christianis summo perè necessarios esse, uel ipsa dictat necessitas, qui Scripturā tractet et exponat, qui oppugnādis hæreticis et fidei nostræ aduersarijs potentes sint et apti. Nec satis est aut inculpatē

Ecclesia car-

re nequit lin-

guis, ueluti

nec Scriptu-

æ interpre-

tibus.

uiuere, aut rectè docere. Quapropter linguas nosse decet Christianos: quibus adeò carere nequeūt, perinde ut prophetarū, Scripturarumq; interpretib. carere foret grauißimū. Quanquā fortasse necessū nō sit, singulos Christianos, aut concionatores tali spiritu propheticō præditos esse, ut Paulus 1. Cor. 12. et Eph. 4. do-

Linguarum

imperitia

causa fuit te-

nebrarum ac

errorū in Ec-

clesia longo

tempore.

cet. Atq; hoc est quod à temporib. Apostolorū Scriptura tenebris adeò caliginosis inuoluta, obscura permanerit, ac nusquam fermè certis et immobilibus expositionibus enarrata intelligitur: siquidem et sancti patres, ut dixi, persepe hallucinati sunt.

Cumq;

Cumq; Linguarū fuerint imperiti, factū est ut frequenter pugnātibus inter se expositionib. uariēt, alius sic, alius alter diuinando. D. Bernhardus uir fuit magno spiritu, quē fermē nō dubitarē omnibus, qui alicu*ius nominis* fuerūt, doctorib. cūm ueterib. tū recē*tribus cætēbus* præponere. Age tamē, uide quām frequēter ludat ris.

cū Scriptura ( quamuis spiritualiter ) quā extra uerā uia & sensum aliò flectit. Et hoc est quod sophistæ, cultores Aristotelici dixerūt, scripturā esse tenebriocosam: putantes uerbū Dei natura caliginosum, adcō insueto more loqui. At nō uiderūt sophistæ talpæ, defectū omnem prouenire ē linguis, quibus cognitis nihil unquā uerbo diuino potuisset dici clarius. Qui fieri posuit ut nō obscurè mihi loquatur Turca, eius linguae ignaro, quem tamen puer septem annos natus probè percipit?

Quare nō minus & hoc stolidū fuisse institutū uidemus, quodd seculi prioris sophistæ & cæteri, nō nisi patrum expositionibus freti, Scripturā intelligi posse affirmauerunt, multis cōmentarijs lectis & deuoratis: cū tamē interim cōueniebat, perdiscēdis linguis dedisse operā. Quippe patres Linguarū parata supellectile nō instructi, nonnunquā infinita uerborū farra Patres infeli- gine, explicando loço quopiā anxiē desudarūt: tamen ces Scriptu- ræ sine lin- guis inter- uix multo sudore, tenui quadā coniectati uncula ducti, pretes.

ariolantur, maxima ex parte hallucinati. Quorū uestigia sectaris improvidus, odioso per ambages itinere: cū longo compendiosiore linguarū diuerticulo, ad hoc peruenire potuisses. Quām enim solis splendor exū perat umbræ sublustrē caliginē, tā longō quog; inter- uallo linguae post se relinquunt omniū patrū exposi- tiones.

„tiones. Itaq; cùm Christianis conueniat Scripturæ fā  
 „cræ exercendæ studium, nefas est, & non aestiman-  
 „dum dedecus, Christianū proprij codicis esse ignarū,  
 „tum linguā & uocem Dei nostri nō callere. At intole-  
 „rabilius multo est dedecus, oblatas diuinitus linguas  
 „nō discere uelle: præsertim tot stimulis, incitamentisq;  
 „ultra à Deo prouocatos, cōceſſis in hoc hominibus do-  
 „ctis & industrijs, tum parata multipliciū libroruū co-  
 „pia, et quicquid huic rei promouēdæ necessariū uisum  
 est. Qua uero animi alacritate & lēticia patres talema  
 cōmoditatē sic opportunè oblatā fuissēt amplexati, si  
 quemadmodū nos, tam facili, tam expedita uia ducti,  
 cùm ad Scripturæ sacræ, tū linguarū cognitionē per-  
 ueniēdi facultatē habuiſſēt? Quo studij feruore, quam  
 non dicendis uigilijs, indefessaq; laborum improbi-  
 tate, uix fragmētis potiti sunt: ubi nobis mediocri, imò  
 penè dixerim nullo labore, integri panis uescendi co-  
 piā reliquit: quam graui censura olim mulctabit no-  
 stram socordiam & irgratitudinem diuinum iudiciū.

Huc pertinet & illud, quod Paulus 1. Cor. 14. uult,  
 in Christi inismo omnes dijudicari doctrinas: ad quod  
 omniū primū requiritur linguarū perfecta cognitio.

**Doctrinæ si.** Etenim sanè in procluī est, concionatorē aut doctorē  
 legere Biblia pro ingenij sui captu aut mediocritate,  
 recte tamē an perperam in dubio est: præsertim nullo  
 præstò existēte censore sine iudice, à quo cōcionatoris  
 dicta siue ut sana approbet, aut ut improba refellat.

Quod si iudicadas esse doctrinas cōtendit Paulus, Lin-  
 guarū censura fiat necesse est, sine qua luditur opera.  
 Ceterū, quāvis fides & Euāgeliū etiā à mediocriter  
 cruditis

eruditis cōcionatoribus & aīyāwōois prædicari potē Concionatō  
rit, tamē uidemus q̄ frigidē & segniter his cōcionandi rū aīyāwōup  
munus succedat: fitq; nō secus Euāgeliū, taliū cōciona- & linguarū  
torū uicio, q̄ nausea ac crābe bis recoc̄ta, ut habet pro- cognitionē  
uerbiū. Verū ubi Euangelistæ sunt linguis instructi, habentium  
hic demū uigēt et uiuūt uniuersa. Hic solerti indagine,  
è Scripturæ penetralibus, abstrusa fides eruitur, recēti  
subinde uerbo & opere, adeò ut Psal. 28 hoc in literis  
sacris studiū assiduæ uenationi assimilet, inquiēs: Vox  
Domini p̄parātis ceruos, et reuelabit cōdēsa: et Ps. 1.  
arbori perpetuō uirēti, sec⁹ decursus aquarū plātacē.

Cæterū nec graui admodū solicitudinis ariete pe-  
ctus nostrū cōcutiat, quōd quidā spiritū iactēt, paruo  
in discrimine Scripturā ponētes: nō nulli quoq; nō se-  
cūs ac Vualdenses fratres, Lingua tanquā superuaca-  
neas & inutiles negligūt. Verū ô bone, quiescas quæ-  
so unā cum tuis spiritibus, nec efferaris. Opinor & me  
aliquādo inter spiritus uersatū (si tamē phas est in car-  
ne hoc modo gloriari) plures forsan q̄ adhuc in anni  
spacio illi uisuri sint, quantūvis interim inani iactatio-  
ne efferātur, uenditātes sese. Sed & spiritū meū iā ali-  
qua ex parte mundo testatū exhibui: cū illorū interim  
in angulis, piscib. ipsis longē mutiores, nō nisi uana ar-  
rogātia superbiāt. Quanquā & nobis obscurū nō est, “  
spiritu Dei omnia prorsus fieri: tamē nīfī suppetas mī  
hi tulissent linguae, per hoc quod literarū sacrarū cer- Quid Luthe-  
ro contule-  
rint linguz.  
to ac infallibili me cōstabilissim intellectu, sane priore “  
in salebra misero mīhi cum inimicis Euāgeliū etiam- “  
num hærendum foret. Potuisse & ego horum exem- “  
plo probus, in tranquillo silentio, mussando docuisse “  
Euā-

„ Euangeliū abominationem tamē Papisticā, & impiā  
 „ sophistarū tyronnidē unā cū toto Antichristianorum  
 „ perditissimorū imperio nō profligasset, traducta per  
 „ orbē pessimorū hominū impietate. Diabolo nō tam cū  
 „ rae cest spiritus meus, ac Linguae & in Scripturis cala-  
 „ mus, cum spiritu meo nihil illi auferatur. Porrò Scri-  
 „ ptura sancta urgente, & Linguis prementibus, oppi-  
 „ dō in angustum suæ coguntur copiae, adeoq; regni sui,  
 „ indies nonnihil occupato, minuuntur pomeria.

Inscitia In- Quamobrem nec fratrū Vualdensiū sententiae, qua  
 guarum, que linguas posthabēdas putat, calculū meum adiecerim.  
 affrat in cō

moda. Esto sanè quod nihil male doceat, se penumcrō tamē à  
 uero Scripturæ sensu eosdē exorbitare necesse est. Ta-  
 ceo quod inermes ad propugnandā fidē, & errores cō-  
 futandos mancāt. Adhæc tenebricosa est illorū res &  
 factio, ad priuatā uiuendi rationē cōtracta, dum extra  
 Scripturæ morē loquuntur: ut meherculē magnū sit pe-  
 riculū, insincerā esse, aut nō ita diu purē duraturam.  
 „ Quandoquidē res plena periculi est, de rebus sacris,  
 „ de mysterijs diuinis, alijs uerbis aut more, præterquā  
 „ Scripturā solet, loqui. Quid uerbis opus est? fortasse  
 „ laudatā domi uitā & honestā uiuere possunt: tamē cū  
 „ sint linguarū imperiti, enim uerò cum cæteris omni-  
 „ bus cōmuni presi inopia laborabūt: nimirū ea, quod  
 „ ratione incerta, nullo fundamēto firmo & solido, Scri-  
 „ pturā exercebūt, quiq; præterea nemini prodesse aut  
 „ cōmunicare poterūt. Porrò cum cōmodè ad linguarū  
 „ cognitionē, strata iā uia, perueniēdi facultas nō sit in-  
 „ terclusa, facere tamē pertinaciter recusant: quo pacto  
 „ huius negligētiæ Deo ratio reddendā sit, ipsi uiderint.